

pace in Belgio restituenda certius quid et maturius decerneretur. Accepto autem Antuerpianae cladis rumore omnia quae remoram huius rei inficere videbantur postponenda esse rati in opportunum tempus tandem in certas condiciones, utriusque tam regii quam cum Brangio confederati descenderunt quarto post Antuerpiensium die, qui erat octavus post Gandenses arcemendas Novembriis. Gandenses autem cum Antuerpianam per archiducem expulsum immixtis Hispanis crudeliter direptam cognovissent, nequant et Hispania similem quoque calamitatem experirentur, arcem quae suavis salvas dimittunt etiam urbi imminere occupant, et demoliuntur.

D. Guilielmus a Schoonhorst professor domus Trajectensis Prior confirmatus domus Campensis moritur ipso die Presentationis B. Mariae, de quo supra.

Hoc pariter infelici anno D. Inchanus Cameracum cum arce proditione occupat, unde Artesiae Hamoniaeque plura clades.

D. Wenceslaus Plenerault professor domus Delfensis ex Germania reversus et hospes in domo Capella in favorem D. Francisci de Cavener comprosuli nostri ibidem pariter hospitantis scripsit libellum Responsorium et Antiphonarum quas extra formas cantamus, qui adhuc est in domo

De visione seu apparitione Cartusianorum Basiliensium ex epistola R. D. Joannis Lebrich vicarii et officialis dictae urbis ad V. P. D. Hugonem Merhout Priorem Cartusiae D. Sixti Pontificis.

De visione et appa
 Roreronde Pater, Huc usque oblata occasione non omisi me
 ritone Cartusianorum de rebus suis certiore reddere, et ut permaneat haec inter nos
 Basiliensium amicitiae necessitudo, non debui de celare visionem veracem et

attestata, quae contigit Basileae in parva civitate ultra Rhenum in monasterio Ordinis vestri, quod nunc secularis quidam ex magistratu occupat. Illi ab octo diebus ante Christi Natalem anni 1576 per tres hebdomadas continuas die ac nocte quidam Cartusiani visibiles sese exhibuerunt quandoque quaterni, quandoque majori vel minori numero in religionis schemate et habitu consueto ambulantes per claustrum, cellas et officinas domus, puta culinam penurarium et alia loca, intrantes et exeuntes sine cujusquam molestia, nisi sunt claro die et nocte nulli timorem incutientes, sed ibant et redibant quasi ad consueta negotia ac si in vivis adhuc degissent: hoc tantummodo excepto quod incedebant surmatim ac junctim et de nocte in manibus deferebant candelas accensas, et semper absque alicujus lesione aut incommodo.

Haec visio mihi confidenter et fideliter fuit relata non ab externis (cum a dicto loco non sim adeo remotus) sed ab oculatis testibus qui eam visionem non semel viderunt, et qui sunt a nobis contrariae et adversae religionis. Hoc idem praeterea intellexi pro pura et attestata veritate ex ore Serenissimi Principis nostri qui super hac re inquisitionem habuit. Nihilominus ne hoc cadat in praedjudicium renovatae religionis, Basileenses prohibuerunt sub gravi pena ne vulgetur in publicum, veritatem suppressere conantes quam Deus luce meridiana clariorem reddidit. Nos autem miseri peccatores quid per haec signa et prodigia, quae Deus omnipotentia et scientia sua efficit, hoc tempore afflictae ac pene oppressae Ecclesiae suae, innuere velit, attendere debemus ac rogare ut secun-

dum promissionem suam Dominus Deus ac Pater omnium nostrum non permittat, ut deficiat fides Petri: Hic adhuc omnia (Deo sit laus) permanent in bono statu prout intelligis ex harum labore: memorem mei jam senio decrepiti de Dominus custodiat. (Ex Dichtilch, 2 Martii 1576.)

Pestis in Italia.

Tota hac aestate pestis per Italiam, Siciliam et Curciam ita desceuebat, ut solis Venetiis centum hominum millia interierunt: sublata sint ubique commercia cum exteris. Propterea factum est ut multis in locis et praecipue Mediolani summa esset rerum omnium penuria et fames durissima adeo ut nisi cardinalis Borromei (P. Caroli) liberalitate (qui omnia sua in hac necessitate profudit) Parmensiumque bonitate Mediolanenses adhibiti fuissent fame interissent pene omnes. Unde in sequenti Capitulo Ordinis nostri indicta est Pro preservatione et liberatione a letali et contagioso morbo pestis in qualibet domo Ordinis una Missa de S. Sebastiano cum oratione Deus qui non mortem sed penitentiam, etc.

Cartusianorum Prior Hispali B. Ceresam cum suis fovet omnimodis auxilio et subsidio in difficili istius monasterii fundatione.

Erat (inquit ipsa B. Ceresam) pius senex Prior domus de las Cuevas atque insignis Dei famulus Abate e familia Pantojana natus, qui Dominica proxima ante Pentecosten hoc anno 1576, supplicationi, qua deductae fuerunt Moniales ad novum claustrum ipsemet interfuit quanquam nulli hactenus interfuisset, nam cognovit solius Dei id opus fuisse. Archiepiscopus augustissimum Angelorum panem illuc detulit universo clero et non

nullis sodalitatibus convenientibus (Vide vitam ipsius Sancti.)

Anno 1577 Edictum pacis perpetuum in oppido Marchie in Famenna firmatum inter Austriacum et ordines puidie Idus Februarii, promulgatur 13 Calendas Martii Bruxel. La, et ratificatum a rege 4 Aprilis.

Austriacus qui ante Hispanorum discessum Belgii gubernationem subire et obire non poterat, Lovanii se ad eam interea suscipiendam instruebat donec Calendis Maii magna Nobilium comitante caetera medius inter Pontificis legatum et praesulem Leodiensem magnifice ingressus summa omnium gratulatione excipitur et 4 Nonas Maii generalis Belgii gubernator renunciatus inauguratur, quae dignitas non fuit diuturna.

Ut Hispanorum discessionem, quam cum ordinibus pactus fuerat Austriacus acceleraret omnibus in solidum satisfecit, et Mansfeldio itineris securitatem praestante Luxemburgum inde in Italiam tendunt vere Belgico et opibus ornati: Magna communis populi erat laetitia. Sed qui prudentiores quibusque Auriaci et sociorum consilia satis cognita deplorabant lupum jam facile oves demisso cane (ut habet Proverbium) devoraturum. Unde et versus ille ab insolentibus illis:

Pratica gens abiit; quid ploras Belgica! dicam:

Ad quod in O non sit littera versa queror.

D. Joannes Bornevia *martyr.* Bellum francicum recrudescit: et D. Joannes Bornevia professor domus Caturci Rector domus Vallis Clarae ab haereticis occisus est, ut habet Carta Capituli.

Hujus anni initia in domo nostra satis felicia erant, consecra-
tum est altare in orali superius, et parvum cœmeterium a
R^{mo} D. Gialeno de Wroede suffraganeo Neoblimensi. Una pars
ambitus in parvo claustro qua ibatur ad refectorium est edi-
ficata cum festudine lapidea et R. D. Maximilianus Mo-
rillonius Vicarius generalis R^{mi} archiepiscopi Neoblimensis Gran-
vellani ex parte ipsius posuit ibidem tria pulcherrima vitra
ex historia Apocalypsis.

In principio hujus anni missus est D. Joannes de Iberica pro-
fessus hujus domus ad domum Butita ut ibidem esset Vicarius
quia calabat linguam Germanicam, et sufficienti doctrina pro-
ditus erat ut conciones haberet ad seculares prout officium
istud exigebat, accessit quod Luxemburgi haberet cognatum
presidem per quem forte D. Joannes Priori Butita innotuit qui
ad eum requirendum hanc domum accessit.

Postremum mi. Hoc anno venit ad sacellum D. Virginis in Schust marci-
aculum in Schust prium cui vincula ferrea Turcica collo affabricata erant. Is,
ante loci desola ut erat spei plenus ausus est miraculum in hoc loco petere, in
tionem. quo fama prodente vetere recentique memoria didicerat ad
invocationem B. Virginis facta fuisse. Itaque die solenni B. Vir-
ginis Annuntiate sacro dum rem divinam attentius audit in
hoc eodem sacello circumfusus undique frequenti cive, nihil
subteritus ille pullicum effudit in oculis omnium orationem
suam ad Dominam et indulcit affectibus suis quantum vis
et aura S. Spiritus adspiravit, postulans gemitibus inenarra-
bilibus ut diva loci Præses dignaretur solvere vincula colli,
libertatique pristina restituere, Ventum erat ad Evangelium

cum ecce subito divinitus vincula quae pro membris ei jam erant, dissiliunt cum strepitu, et in terram decidunt, obstupescuntibus cunctis, qui aderant, dum materialium et tam stricte affabricatum carni ferreum collare vident a colle mancipii resilisse. An captivitatem et jugum hereseos sub quo septem annis civitas et suburbana haec genuerunt simili modo postmodum dirumpenda protenderit isthoc miraculum judicent peritiores, an non propheticum illud vere fuerit impletum: Solve vincula colli tui captiva filia Lion. Haec frustra precamur: Solve vincula reis.

Nullus hoc anno Monachatus fuit per Chartam injunctus.

Obierunt hoc anno 38 monachi, 14 Conversi Moniales 4, Donati 9. Moror non plures obisse ratione pestilentiae supra dicte.

Obit et D. Petrus Marchant Anglicus benefactor domus Lehenae.

Priori domus Capella fit misericordia, et ad instantiam senioris partis Conventus domus praeficimus in Priorem dicte domus S. yudocum de Moor monachum ibidem professum. Fuerat is quondam in saeculo decanus Bergensis ad Tornam, vir doctus et senex et tempore institutionis suae tribus annis professor, neque enim ante istud tempus licuisset per Statuta nostra ad tale officium promoveri. Sed ut postea patet non diu superstes fuit, ideo vereror ne nimium praecipitemus recentiores in ordines quamvis idoneos ad officia promovere, ceteris paribus praestant seniores qui praeterea ad tales recipiendos non movebuntur. Si statim suo dimoveantur loco, et neophiti facile incident in laqueum diaboli.

Priori domus Brugis (S. Iperio) non fit misericordia, quem

D. Iperius re-
prehenditur.

rogamus ut melius solito seipsum exemplum suis pareat
stabilitatis et quietis, et secularium nimiam familiaritatem
vitet. Est recte admonetur quia, ut ait Climachus gradu 2,
Comversari cum secularibus est occasio revertendi ad seculum,
qui si non corpore omnes ut hic saltem mente nihil de re-
ligiosa conversatione habentes præter habitum. Fuisset ab officio
absolutus ut a senioribus fratibus intellexi, si non intercessisset
R. D. Thylus Zuichenus proeses et præpositus Gandensis qui hoc
semper e vita abijt 8. Maii alias bene de patria, et Ecclesia
Gandensi meritis.

Priori domus Lyxæ non fit misericordia et nullus ad eam
domum mittatur hospes sine expressa licentia R. Patris nostri
Cartusie propter multa damna quæ passa est, et Visitatores
audito Priori domus videant et considerent si dicta domus pos-
sit sustinere et foree suas alias dividantur.

Priori Lyxæ P. Martini non fit misericordia, et D. Agi-
dius professor domus Bruxelle vadat hospitatum ad domum
Mastensem, et alius quidam D. Petrus professor domus Capelle
venit ad nostram domum.

Domui Zirczede præficimus in Priorem D. Nicolaum
Huardi, propterea a Prioratu domus Capelle absolutum, quem
hortamur ut recuperationi et restorationi dicte domus insigi-
let secundum quod illi mandabitur a Visitatoribus et sine con-
silio eorum nihil faciat et resident in aliqua domo Ordinis
die noctique frequentando divina donec ad dictam domum
pateat accessus.

Priori domus Bruxelle non fit misericordia, et D. Antonius

Cetera revertatur ad domum Zericzæ suæ professionis quando videlicet Visitatoribus expedire, et ibidem exerceat officium Vicarii.

Quia domus partium Hollandiæ ob tumultus bellicos a quinque annis aut sex non potuerunt visitari, monemus Visitatores provincie ut sedatis tumultibus quamprimum eas in forma Ordinis visitent, et de domibus destructis disponant et provideant cum plena auctoritate Capituli generalis ad Dei honorem et Ordinis decorem et omnium salutarem edificationem et profectum.

Hæc facta est Ordinatio propter spem meliorum temporum, et quia jam (ut diximus) inter ordines Hollandiæ et regis pax composita fuerat quæ non coaluit. Unde intempestive id Chronici a quopiam excogitatum est:

Be Ligla pax red IIIe Vlida Cinga Mve o Liva
Abtula Cks Vvat, Vvat et Avla Cks.

Ordinationes. — Ordinationem anno præterito factam, quæ incipit Animadvertentes periculum animarum, et illam quæ ab illa dependet quæ incipit Ordinamus præterea quod ad hanc rem attinet confirmamus.

Grave nimis ferimus quorundam nostri Ordinis Priorum et aliorum audaciam, qui litteras quas monachi ad R. Patrem Cartusie Priorem dirigunt, retinere aut etiam intercipere non verentur, nec non eas quibus R. Pater respondet aut satisfacit monachi, non dubitant celare aut occultare; ita ut non pauci gravi merore non unquam conficiuntur, quibus R. Pater consolationis officium præstare satagebat. Quamobrem prohibemus sub pena statuti inviolabiliter servanda ne quis post hæc simile quid audeat quocumque prætextu attentare. Super quo

Visitatores diligenter invigilent, et quos in scrutinio Visitacionis hujus delicti reos deprehenderit absque misericordia puniant, poena etiam graviori quam praescribit Statutum si pluries vel saepe praevicinatores rescierint.

Monachis autem omnino inhibemus, eos per votum obedientiae obstantes et sub eisdem poenis ne ad Principes vel alias potestates saeculares ulla unquam occasione recurrere vel confugere audeant, exceptis integerrimis Dominis Inquisitoribus in negotio fidei dumtaxat, cum Dei gratia nosset sibi Ordo sufficiat, et suis gaudeat legitimis et jurisdictione competenti ex Summorum Pontificum indultis abunde provisus. Et Apostolus gentium B. Paulus illos reprehendebat, qui volebant judicari apud non sanctos. Porro si qui contumaces fuerint, et ad alias jurisdictiones aut potestates, et ad alias confugerint, jurisdictiones aut potestates absque Visitorum licentia aut auctoritate tanquam Ordinis desertores poena criminatorum puniendos esse declaramus.

Cum provideamus maximam imminere Ordini dissolutionem eo quod Visitaciones haud satis studiose fiunt, obstante scilicet benevolentia, quae in subversionem Ordinis aliquando exhibetur, aut etiam timore humano qui rectum iudicium plerumque pervertit, ut testatur Chrysostomus: Facile, inquiens, deviat a justitia, quae in causis non Deum, sed homines pertimescit: districte injungimus et praecipimus Visitoribus et Commissariis ut Deum praesens oculos habentes diligenti examine in Visitacionibus mores Priorum aliorumque officialium sicuti et monachorum ceterorum perlustrent, eoque

non solum benevolentiam verum etiam iuxta sacri Concilii Tridentini decretum christianum zelum exhibere studeant summo studio caventes ne quocumque pretestu ab officio discedant, quin Statuti rectitudinem constanti teneant integritate ac tandem solius Visitacionis seriem fideliter et sincere nec minus integre Chartae communi describant ac B. Patri Cartusiae ut moris est transmittant.

Cum contingat diversa festa in diversis diocesibus celebrari in quibus domus nostri Ordinis site nonnunquam ab ecclesia cathedrali differunt ac discordant unde provent ex inimicorum nostrorum communi invidia forte scandala oriri statuimus et ordinamus ut unaqueque domus se conformare studeat diocesi in quo sita est in festorum observatione quoddam cessationem ab operibus. Quod festum autem Inventionis S. Crucis eodem ritu et officio celebretur, quo et Exaltatio celebrare consuevit addito et accommodato Alleluia locis opportunis et congruis.

In estate curavit S. Christianus Prior hujus domus fieri lapideam testudinem in magno claustro et sterni pavimentum quadratis tegulis ignorans quam prope interitum domus esset: sic nos non volis nidificatis aves.

Regis Austriaci.

Quinta junii egressus Prucellis Austriacus profectus est Machliniam, et inde brevi Namurcum ob seditiones civium quorundam.

Arceam Namurci occupat.

Nono Calendas Augusti Austriacus arceam Namurcensem occupat, ad ordinem vero senatum graviter de insidiis sibi structis conquestus.

Ordines Septembris die octavo ad regem litteras miserunt, quibus sese ab insidiis Austriaco structis purgant, nihilominus testabantur sese ab Austriaco animis esse alienis, aliumque guber-

netorem regi sanguinis petere, nec quidquam moliri ~~frustrata~~
 pacis publicae salva etiam Catholica Romana Religione, subque
 Majestatis obedientia conservationem. Interim tamen Auriacum
 juratum religionis hostem et Tyrannum Bruxellas ad consilium
 suum invitaverunt.

Auriacus hanc occasionem minime sibi negligendam ratus
 statim Antuerpiam adolat; inde Bruxellam pompa regia
 deducitur 23 Septembris comitatus multis nobilibus et Abbatibus.
 Et Mathiam Auriacum Maximiliani II filium ex Austria
 ad Belgii gubernacula advocant antequam rex respondere posset
 diversis studiis ista gerebantur ut patet ex Dezerlinck.

Eodem mense ordines Principem Auriacum Rounardum
 tempore interregni Ducem Brabantiae creant. Dux Ar-
 chotanus Flandria tunc gubernator, prelati alique nobiles
 viri ei creationi reclamantes, Gandavi capiuntur ac in cu-
 stodiam traduntur.

Auriacus Gandavi honorifice excipitur, cordeque aureo
 adaperito cui verbum hoc (sinceritas) insculptum erat do-
 natus et pro Ischariote Judas Machabeus publica come-
 dia salutatur 27 Decembris.

Egregiam invectivam habet in ordines qui Auriacum ad-
 vocarunt publicum fidei hostem, Petrus Epimerus decade 2^a, lib. 4
 Martyriorum Hollandicorum in qua agens de foundationibus
 Cartusiae Montis S. Gertrudis tandem sic perorat:

Haec diffusius paulo commemorata sunt mihi animo re-
 solvendi quam amice et suaviter versatus fuerim in mo-
 nasterio Cartusienisium (domum Hollandiae nominant) quod

Guilielmus ex Duvevordiana notus olim ut, dixi, pietatis ergo
 fundavit, Guilielmus vero Nassovius Aurasii Secundanorum Prin-
 ceptus ^{atavus,} majores suos crepans Ro. Caesares supererrime postquam ob
 complura! Humanitatis ac honoris officia sibi suisque majoribus a
 monachis praestita in Autelam suam receperat, summa impietate
 flammis consumpsit, diruit, soloque aequavit atque ex templi imo
 ipsius sanctuarii lapidibus aedes angustas in fundo canobii sa-
 crarium virginum apud fanum S. Gertrudis edificari curavit:
 ubi repudiata Anna Saxonica uxore, cum recens nupta Elisa-
 betha Borbonica moniali Gallica sese oblectet, adeo nec luau-

graris investiva rix crudelitas, nec crudelitati luxuria obstat. Et hunc talem post-
 Petri Epimeri in quam Hollandos Zelandosque dirissima heresi imbuisset, multa
 ordines Brabantia quoque scelerum macularet colluvie denique omni argento
 qui Principem emunxisset in Brabantiam evocatum Belgæ cum alii tum etiam
 Auriacum catho. cucullati aliquot (si diis placet proceres opum salutis ac pie-
 litæ fidei hostem fatis temere oblitæ tanquam Heroa et semideum venerantur
 advocarunt.

tantumque non adorant. O tempora! O mores! Scilicet nihil
 praestitum legitimo regi catholico perjurandum, nihil fides
 Deo Ept. Max. debita estimanda fuerint, modo legibus soluta
 gaudere liceat libertate errorum. Quid miserosne magis an
 insulos atque diutina ætate vos infatuos existimem,
 o cucullati proceres, qui tanta nunc alacritate ecclesiarum
 cimelia, opesque vestras Christo in pauperibus suis aliquando
 etiam denegatas ad hunc Eurantium tanquam alterum
 Aronem pro conflando novo vobis vitulo defertis: cum in-
 terca fortunæ vitæ, animabusque vestris insidietur simulator
 ac dissimulator perniciosissimus. An ignoratis illum propulsatis

hinc procul Cartusianis agros latitudinæque ipsius a Suerordia donata atque ultra 250 continuos annos possessa alendo sustentatque Manritio filio suo usurpasse!

Non sic egit hoc eodem anno Reverendus et nobilis vir S. Joannes Bruchsius ecclesie metropolitanae Ultrajectensis decanus. Qui tanquam decanus cum esset caput Ordinis, civitatis, ac ditionis Ultrajectinæ dum ageretur quibusdam de Guilielmo Nassovio in gubernatorem advocando libera voce in publica ordinum consessu pronuntiavit: Non videri sibi consultum ut talis quisquam ad publicam ejusmodi functionem adhibeatur, qui divino numini fidelis haudquaquam existeret. Verum enim vero cum res secus caderet, plebs castrem demoliretur atque civitatis imperium arriperet, prefatus Bruchsius & Havi relictis omnibus fortunis sedeque magnificentissima Ultrajecto Amoyfontiam commigravit, inde post biennium Embicam ac tandem Coloniam contendens factus est metropolitanae ecclesie presbyter canonicus, obiitque anno 1600, humatus in oedecio Cartusie, ut sua loco dicitur.

S. Henricus de Middelborch quondam Procurator ipso sanctissimo die S. P. N. Brunonis obiit professus domus (preste ni fallor) post meridiem inter quintam et sextam, ex ultimis in Sepulchro cujus parte provenerunt domui 28 floreni annue, de quibus octo sepultus debentur pro pitantia ipso festo S. Henrici, fuit primus et novissimus sepultus in parvo cemiterio recenter consecrato.

In festo S. Dionysii et sociorum, 9 Octobris, S. Joannes Proceperius cecinit suas primitias.

Ipsa die Omnium Sanctorum cantavit R^{atus} Abbas Villanensis

R^{atus} Abbas Villarien summum sacrum in nostra ecclesia Aer Schuet et quasi paren-
sis parentavit eccl^e tant, que brevi evertenda erat. D. Petrus de Leumis erat diaconus
sive Caroline in Schuet. inductus dalmatica, et prefatus joannes subdiaconus.

11 Novembriis, hora post meridiem sexta, cometes longe lateque
Cometes ferali efful. accensus visu horrendus apparuit, multisque post septimanis lucens
sit aspectu. Belgis fatale malum minabatur.

Non sine mente Dei signabat conscius æther

Flammifero Belgis horrendas sidere clades.

R. Peter Venceslaum Sub fœneri hujus anni *R.* Pater intelligens miserum statum hujus
ad officia evocat. provincie quorundam ~~excav~~erat ea domo Capella cum spe promo-
tionis, in primis D. Venceslaum professum domus Delficensis, et
D. Franciscum Cavener professum hujus domus illic hospitem,
qui acceptis his litteris, rediit domum eligens potius cum fratribus
pari quam alibi præsidere.

D. Jacobus Cenedo *D.* Jacobus Cenedo Hispanus ex regno Aragonie ac civitate
scriptor. Casaraugustana, qui erat a secretis Domini Vicecomitis de
Grel, susceptus est ad Ordinem nostrum in Cartusia Scala
Dei in vigilia S. Andreæ anno 1541, qui fuit Procurator
dictæ domus et 8 annis Prior Vallis Christi, ac Commissarius
provincie Catalonie. Vixit in Ordine laudabiliter 30 annos,
diemque clausit extremum religiosissime 12 Decembriis 1572.
Composuit expositionem super omnes Palmos Davidicos ex
variis Sanctorum ac præclarissimorum Doctorum sententiis
intertextam: quæ reperitur manuscriptam in bibliotheca
Cartusie Ulysiponensis.

Anno 1578, Januarii 18 die, Archidux Matthias cum

Archidux Mat. Princeps Auriaci Bruxellas regali cum pompa profectus magni-
 Ahas Bruxellas ficio epulis et vario ludorum genere exceptus est. Post biduum in
 venit. publico foro gubernator supremus Belgii declaratur, et e curia multa
 cum solemnitate in conditiones sibi propositas juravit.

Pugna Gembla. 31 Januarii Austriacus copiis Hispanorum et aliorum ex-
 censis Aerorum instructus praelium committit cum exercitu ordinum
 apud Gemblacum et victor evasit. Ibi cæsi sunt Belgæ pene
 innumeri capti sexcenti et Namurci laqueo strangulati quod
 paulo ante quibusdam Austriacis captis Nares, aures, digitosque
 præsciderunt. Gemblacum Austriacus deditione capit postea
 Lovanium et loca vicina.

Monasterium Archidux vero Matthias cum Crangio totaque curia Bruxel-
 lis excedunt et Antuerpiam se transferunt.

Abest derelinque- 5 Februarii fugientibus ex conflictu ceteris militibus ordi-
 sur a nostris. num dispersi sunt per pagos Bruxellæ vicinos, et magnus
 erat tumultus in civitate ita ut fugerent multi cives et
 ecclesiastici timentes obsidionem civitatis et eodem die recesserunt ad domum Capella relicto monasterio D. Christianus
 Prior, D. Franciscus Caveneer, D. Nicolaus Caen sacrista, D. Pe-
 trus Geunvis et D. Joannes Broeyere cum fratre Joanne Lam-
 berti donata et ibidem manserunt per totam Quadragesi-
 mam, ceteris se conferentibus ad civitatem ibique remanentibus.

Ponamus et verba P. Christiani Prioris quæ exaravit in com-
 putu suo, prout antea feci.

Aucta autem fuerunt hæc mala, et orrentissimum
 exarsit bellum anno 1578 quando ordines patriæ, evocato

incipio Principe Auriaco hereticorum duce et antesignano eundem suum generalem et capitaneum constituerunt, cujus milites dum prope Gemblacum caesi fuissent a Serenissimo Domino et Principe Joanne ab Austria: exorta est turbatio magna et rabies in omni populo, ita quod omnes religiosi utriusque sexus coacti fuerunt relinquere sua monasteria, et sese conferre ad tutiora loca fugiendo huc atque illuc. Cumque hic V. P. Prior S. Christianus cum aliqua parte suorum confugit ad domum Copelle tanquam vicinior, ubi non diu subsistere potuit propter hereticos, qui et ibidem prevalebant. Vicarius vero et Procurator cum altera parte Conventus fugerunt Bruxellas sperantes se posse conservare et monasterium et bona ac possessiones, qui ibidem existentes passi sunt in dies gravissima detrimenta, nam plurimos milites alere debebant, et infinitas solvere exactiones. Et quia parum ex preventibus domus recipere valebant coacti sunt ab amicis mutuo accipere et contrahere varia debita, quia monasterium adhuc exstabat, sed tandem heretici semper facti deteriores postquam nostros et nostra expilarent dictos religiosos expulserunt, monasterium totaliter destruxerunt, et omnia bona nostra sibi usurpaverunt.

Annuus redditus

50 florenorum reddi-
sus.

Item alio loco: solemus habere super domum dictam Auriacensem caput situatam Bruxellis propter halbam flumen annuum redditum 50 florenorum redimibilem denario decimo octavo. Pro cujus redemptione recepinus nongentos florenos in principio horum tumultuum quando fuerunt omnia perturbatissima, dumque Prior debuit fugere, ut dictum est, propter furor hereticorum, a quibus Vicarius

Vicarius, et Pro- et Procurator fuerunt capti aliquandiu tandemque dimissi, curator capituli ex consilio catholicorum civium, pro conservatione adhuc hereticis. existentis et bonorum manserunt Bruxellis in nostro hospicio, alii passi sunt multa adversa et coacti sunt alere multos milites et solvere gravissimas exactiones quia omnia fiebant per vim et violentiam vel fuissent omnes expulsi et monasterium fuisset exustum quod utrumque postea accidit.

Amstelredamum Quinta quoque Februarii Amstelredamum, quod hactenus venit in potestate in obedientia regis persistebat nobilissimum emporium in Hem. Guesiorum. manus hereticorum rebelliumque pervenit, contra quam facti erant ejectis sacerdotibus sectarii suam introducunt ac firmant.

Cartusia Gan- 21 Februarii, Cartusia Gandensis Guesiorum factione accensis demolitur. cedente Auriaci Tyranni jussu sub Priore D. Joanne Barba solo equata est.

Disso Conventu Prior longum passus est exilium et captivitatem in Antverpia.

Provincia dund. Pax religionis anno 1578 inita et anno sequenti 1579 se uniant liberum unio Ultrajectina, unde federatae provinciae sumunt: religionis exercitum ita expressim habent unicuique in sua religione liberum erit exercitium, ac ejusdem causa nullus a quoquam gravamen maleficium ac vexationem patietur.

Cartusia Brugensis Monasterium quoque Cartusiae Brugensis funditus erasum funditus eraso. fuit ex mandato senatus quod manis civitatis adjaceret, preterea tamen Prior vendere vel asportare materialia: conventuales se in civitatem receperunt ad Jerusalem in qua jus hospitii habebant ex legatione D. Adornes.

Cartusiani Angli. Cartusiani Angli qui in eadem civitate habitabant hoc anno a Lovanium se conformagistate proscripti: diverterunt ad S. Quintinum in Francia, bonis sunt, revocati a ^{pro} ~~pro~~ mobilibus nili pretio venditis; nam haeretici hoc anno eidem Principe D. gramma prevaluerunt. Unde magis putarem Anglos patres non ante hoc Austriaco postquam tempus loco cessasse, qua eadem occasione et quomodo postea paucos menses in forte explicabo ex illorum scriptis.

Francia peregrinati. Nam et per hos dies Fr. Franciscus Scapelinck Prior totiusque fuissent. Conventus divi Augustini Brugis ab haereticis pulsi Leodium veniunt, et a praesule benigne humaniterque recipiuntur.

Ultrajectini da. Nescio quae melior aura Patribus nostris Ultrajectinis afflu-
mum novissime gebat quod reversi sint ad domum suburbanam 8 Februarii
reperunt. scilicet ante quingagesimam et a die Cinerum et dein-

ceps chorum frequentabant. Et ideo 6 Aprilis missus est
ex domo Capelle D. Petrus de Leuvvis professor hujus domus
ad dictam domum Ultrajectensem, et cum eo D. Cornelius

S. Cornelius Eeckhout Eeckhout de Alosto Novitius domus Capelle profectus est
2 annis et 10 mensi- ea mandato P. Visitatoris qui praecedenti anno 1577 in festo
bus Novitius. S. P. A. Punonis habitu monachali donatus fuerat accepto bono

Aestimonio tam Visitatoris quam Prioris et omnium Con-
ventualium de bona, pia ac religiosa conversatione in
Cartusia Ultrajectensi receptus fuit. Exactis ibi decem men-
sibus inde cum ceteris Conventualibus compulsus fuit rece-
dere, et in civitatem se conferre propter imminencia
pericula atque ibi cum Conventualibus propositi ca-
thedralis ecclesiae per integrum annum cum dimidio
habitant spe revertendi ad monasterium ad faciendam

solemnem professionem. Sed spe frustratus anno 1586 monasterium fuit a magistratu divenditum, quare a D. Andrea Lodth Piere domus Monachorum dicti conventus Commissario per obedientiam Coloniam vocatus ibidemque reniens habendo bonum omnium conventuum Ultrajectensium de sua conversatione testimonium, post probationem sex septimanarum in Cartusia Coloniensi auctoritate Visitatorum provinciarum Pheri et Ceu-Athonic ibidem fecit professionem nomine domus Ultrajectensis quae sequenti anno 1589 in Capitulo generali fuit ratificata et approbata, nam fuerat Novitius 2 annis et 10 mensibus. Fuit postea 4 annis Procurator P. Andreae Lodth et 1604 sua professionis Ultrajecti obiit hospes in domo Distensi anno 1623. Inde patet ipsius stabilitas et constantia in suo proposito.

Obitus benefactorum et per cardinalis, D. Joannes de Losilla secretarius regis catholici benemeritorum Ordinis et Elizabeth uxor ejus, D. Laurentius Pabolot antiquior domus Cartusiae et olim scriba 10 Decembris anni praeteriti, D. Petrus Gallardi professor et Vicarius Cartusiae 6 Novembris.

D. Joannes Comalinus Duacensis Borsarius in collegio Abbatensi professor fuit Pomarii 1545. Circa hunc annum obiit Vicarius Montis Dei habitusque Nivisa de B. Maria.

Item obiit D. Joannes Eschius professor domus Lovanii, postremus Prior domus Selyphensis, hospes in domo Monialium Brugis, ex Alexiano factus cartusianus circa annum 1540, obiit.

et ipse Vicarius Monialium D. Henricus Coel.

Obierunt monachi 44, Conversi 23, Moniales 6, Donati 12.

Priori domus Capelle non fit misericordia quem rogamus ut in suis multimodis tentationibus patienter prestoletur divinum auxilium; erat D. Judocus Morus, qui huc anno habuit collationem in Capitulo.

Priori domus Brugis non fit misericordia cui et suo desolato Conventui intime compatiens eisdem rogamus ut Domini visitationem patienter ferant.

Priori domus Tericze (D. Nicolao Huardo professo domus Capelle) fit misericordia, et mittitur Vicarius ad domum Trajecti.

Patres Ordinis nostri. Ex animo condolentes miseriis et adversitatibus personarum serie et adversitatibus hujus provincie atque omnium piorum, et quantum in nobis est, provincie compendere illis. Patres etiam provinciarum Picardie, Rheni inferioris et superioris Germanie a nobis etiam rogantur quas cumque ad dictarum provinciarum Visitatores et Priores con- fuerint necessitate compulsos mittere vel accedere personas ordinate, omni humanitate recipiant et tractent, quos omnes rogamus etiam atque etiam, et per viscera misericordie Dei nostri obtestamur.

atque preces in- Atque etiam hoc anno primum invenitur Missa conven- junguntur tualis de B. Maria injuncta pro conservatione domorum et personarum Ordinis nostri in provinciis Suedonie, Picardie et Rheni cum oratione Preterende, que etiam nunquam perseverat prout etiam ipsa necessitas.

Etiā hoc anno primum ordinata est Missa de Spiritu Sancto pro unitate Ordinis conservanda et integritate restauranda

Ordinationes

Nova Statutorum Ordinamus ut jam habito consensu V. V. Patrum conventualium Collectio promoveatur domus Majoris Cartusie, Venerandi Patres domorum Montis hiliaris, Mediolani, Rubila, Parisiensis et Vicarius Cartusie redeant et examinent novam Statutorum Ordinis collectionem cum plena auctoritate Capituli generalis addendi, minuendi, immutandi, si quae addenda, minuenda, immutanda esse judicaverint, et illam prelo committendam habito prius consensu Patrum Cartusie quibus dicta Collectio revisa communicatur et impetrata dispensatione Summi Pontificis.

Gravis Ordinatio Licet jam multis et ordinationibus, et litteris, et sermonibus pro Monialibus quae plurimorum atque etiam fassis saepe ad Deum precibus sine excommunicatione omnia propemodam prestiterimus quae nobis ad salutem Animi ipsius inculcat. reformationemque nostrarum Monialium pertinere videbantur, quae tamen pro divino honore et animarum salute nihil unquam nobis satis prestitisse aut prestare posse existimamus opere pretium facturi videmur si adhuc nostram omnem qualemcumque operam ad earum salutem procurandam impendamus. Primum igitur omnium intelligere debent quae ejusmodi sunt, quae sacro Concilio Tridentino, constitutionibus Summarum Pontificum, et constitutionibus et ordinationibus nostri Capituli generalis et P. Patris obstinate parere recusant se esse in perpetuo peccato mortali, in statu sempiternae damnationis, multis illaqueatas ex-

communicationibus, precisas a corpore Christi mystico sine Deo, sine divina gratia, sine Ecclesie communione, sine sacramentis, sine novo semper peccato mortali et sacrilegii sceleribus non posse confiteri, communicare simul in chorum venire, officio interesse divino, missas audire, officia Ordinis exercere et demum post mortem in coemeterio sepeliri. Quae cum ita sint, obsecramus universas, et singulas, per sanguinem Domini nostri Jesu Christi, et per horrendum et impatibile iudicium ejus ut se obedientiae Dei et sacri Concilii et Summi Pontificis et Ordinis integre et sincere subiciant. Quod si facere recusent puniamus ~~eam~~ regimine et communione Ordinis nostri et Vicarios ceterasque personas Ordinis ad suam quamque domum professionis redire aut ad R. Patrem precipimus accedere et se amplius in earum aut loca aut res et negotia inferre inhibemus.

Hæc ordinatio, ut arbitror, non attingit Moniales Belgii sed francas R. Patri vicinas.

Ordinationem anno præterito factam quæ incipit Grave nimis fecimus confirmamus.

Aliam quæ incipit Monachis autem omnino inhibemus confirmamus et transgressores pena carceris puniantur.

Tertiam quæ incipit Cum maximam prævideamus confirmamus.

Obitus P. Laurentii
Purii.

23. Maii pius atque eruditus D. Laurentius Curius, Cartesianus Colonienis, cum divina illa de Sanctorum vitæ volumina absolvisset lenissima morte in consueta nationis sede placide conquiescens feliciter ad Superos evolavit. Patria Lubecensis erat, inter hereticos natus et educatus: de quo

Amen dici potest quod olim de Malachia dixit divus Bernardus, quod nihil magis de heresi contraxerat quam pisces de sale marino; quantos labores in veterum Conciliorum decreta et Patrum scriptis emendandis recudendisque et in lucem profertendis exantlaverit frequentissima ab eo revicta monumenta testantur. Obiit autem ~~etatis~~ anno 56, professionis vero 36; habuit plenum cum palterio monachatum in provinciis Germaniae.

Ad ejus germanam effigiem quam penes me habeo, hi scripti sunt versus:

Effigiem Surii dum cernis, candido lector
 Quin capiat tanti fructus amorque viri
 Qui hinc unum duxit mundo latuisse superbo
 Delicias casta mente vacasse Deo

Ecce recedentis sequitur nunc gloria vitam
 Virtutem nullis sat celebranda sepis

Madridi Philippo regi ad 18 Cal. Maii natus est filius Philippus ex quarto anno reginae partu, cui coelum longiorem quam germanis fratribus vitam et regnum destinabat.

R. P. D. Laurentius Surius Cartusianus vir profecto inter ecclesiasticos nostri temporis scriptores admirabili doctrina et pietate percelebris, aeternaque memoria dignus. Hic cum olim una cum Petro Carnio doctore Theologo praecipuus et dilectissimus D. Nicolai Eschii discipulus fuerit, eique maxima familiaritate soleat esse conjunctus. Arnoldus Joannis in vita Eschii.

Philippus III
 nascitur.

Fuit autem S. Nicolaus Eschius Pastor Reginae S. Catharinae in Diest eruditione et sincera in Deum pietate ornatissimus, Apostolicus plane vir et libris editis clarus, qui magister discipulum Jurium brevi temporis intervallo secutus est morte cedens 19 Junii, hoc eodem anno 1578 aetate septuagenarius.

R. D. Nicolaus Eschius Jurii, Canisii, Molani, Frederici Lunnii plurimorumque aliorum eminentium virorum doctor et magister in fide et veritate obiit 1578, 19 Junii, natus annos 70 cum vixisset in sacerdotio annis 40. Hic domo fuit Cisterciacus vir summe spiritualis et contemplativus, qui sacris virginibus diversis in locis varia erexit domicilia, sed praecipue in illo natali solo ubi nonnunquam 300 virgines ad Deum supinas tenderent manus favente Cartusia Coloniensis quae largas illis eleemosynas submittere solebat.

Circa festum S. Joannis Baptistae venit P. Christianus Pricum S. Francisci Caroneer et fratre Joanne ex domo Capelle per domum Sylve S. Martini Cornacum, ibique uterque fuit captus sed altero die dimissus, et inde Valencenas ibique aliquot diebus hospitantes per domum Vallis S. Petri et Montis Dei per Mosam navigaverunt Namurcum, et inde Leodium non sine magno periculo, nam ut scribit Chapeauillus in historia Leodiensi circa hoc tempus depredantur patriam multi latrones, naues quoque mercatorias Leodiensem, Trajectensem, Maseckensem, Dionatensem, quae non secus ac propriae cujusque

edes asyli loco esse debent, modo unam modo alteram invadunt, mercibus spoliant, captivos ex iis abducunt, gravia lustra exigentes. quibus p[re]sul edicto publicato p[re]nam latronis publicis debitam comminavit.

Circa principium Aprilis (quod mihi p[re]ne excciderat) D. Nicolaus Coen et D. Joannes Proeyere missi fuere ad domum Valencensem, ibique D. Joannes officium sacriste exercuit 7. annis quousque rediit Bruxellas, Dominus autem Nicolaus ad domum Monachorum Gosnay ablegatus fuit.

Latitante apud Sylvam S. Martini D. Priore quia Procurator p[re]mebatur ad solvendas brevi temporis spatio graves exactiones pro militibus alendis una vice 200 florenos, aliis vicibus 150 solvere tenebatur, at ex proventus domus quasi nihil recipiebatur hic acceperunt mutuo ab honesto viro Joanne Mertens 500 florenos sub onere redditus annui 35 florenorum; in jure nomina horum Conventualium apponita fuerunt D. Christiani Koutz Prioris, Philiberti Cooman Procuratoris, Joannis Brunan, Petri Bek, Martini de Moor, Francisci Cavener, Judocii Abs, Nicolai Coene, Petri Van Leuwe et Joannis de Proeyere.

Fuit hic annus et Portugaliae maxime lugubris. Sebastianus enim rex juvenis fervens, atque cupiditate ardens nominis Christiani in Africa proferendi Maulei patrocinio suscepto ad regni viros auxilia e Germania, Italia atque Castella adjunxit. Classem numerosam instruxit. Cum iis copiis et classe Argillam appulit ditionis Lusitanie urbem in Africa. Primus impetus in Alarachon

arcem futurus erat ad Livi (hodie lucus vocatur) fluminis ostium
sitam. Ex terra Lusitanos contendentes Holuccus obviam factus
prelio commisso pridie Nonas Augusti cecidit. Magna stra-
ges fuit, captivi innumeri ex iisque multi genere nobilis-
simi. Nulla a multis annis pugna miserabilior. Tres reges
periere: victor ex morbo, quo jam pridem laborabat, Hamete
fratre successore: Lusitanus in pugna perit, Huleius in
fuga propinque fluminis aquis haustus.

Calendis Octobris Initio Octobris eodem die quo novorum episcopatum in
Joannes Austria Belgio erectiones et Abbatiarum erectiones a statibus cas-
cus Belgii prorsus sanatur, Joannes Austriacus in castris diem clausit extre-
mum: cecidit, inquam, Maurorum terror, hereticorum
pestilenti febre hostis, catholicorum defensor, Asiae, Africae, et Europae
extinguitur dominitor, Turcarum fulmen quod quidam numerali
carmine expressit:

Et Car. III. h. v. Clades Concl. d. t. t. Ab. t. t. C. v.

Ejus mortem universali mania. totus exercitus prosecutus
est, cum omnibus passim lacrymae manarent, crebriusque
singulis castra resonarent; plausit ejus etiam obitum
lugubri ode Lavinus Conventus apud Leodienses Archidiaconus et
christianae lyrae facile princeps: corpus myrra et aromatibus
conditum sedi cathedrali Namurci illatum inde in Hispaniam
missum; habuit in Ordine Monachatum simpli-
cem et anniversarium.

Succedit ei in gubernatione princeps Parmensis, in quo
quidem pie existimat impletum illud Poetae: Ne ceteris

Philotea su, quod comminuta sit virga percussoris sui (Joannis Austriaci) de radice enim colubii egreditur regulus, et semen illius absorbens volucres.

Gandenses interim pro innata sibi consuetudine simularantur, et ex captivis quos asservabant catholicos catholicos viros optimos praefectum Visch et senem Hesselium consiliarium ad extremum spiritum in catholicae fidei professione perseverantem laqueo strangulabant, atque Hesselii hujus abscissam barbam pileo affixam in urbem retulit quidam non infimae auctoritatis (puta Embesium) volens iritam prophetiam reddere qua praedixerat illi defunctus eum non fore tam felicem ut similis canitici barbam deferret. Vitam pie admodum duxerat summo mane inter primos ecclesiam frequentans. Post annos septem reddita civitate ejusdem Hesselii corpus integrum ac nulla sui parte corruptum inventum est.

Casimirus a Gandensibus vocatur, 170 millesibus aureorum donatus. Post tantum perpetuum nefas Gandenses Casimirum Embesio et Borluatio impulsoribus vocant, qui statim ad volans primum Bruxellas contendit, ibique publice conciones Calvinistas (antea nunquam ibi factus publice instituit, suaque presentia in Carmelitarum caenobii templo cohaeserant. Inde Gandavum profectus: ubi cum conciones Calvinisticas introduxisset ita se civium benevolentiae insinuavit, ut in illius gratiam Germano suo militi pecunia laboranti omne sacrum aurum et argentum crucis, calices aliaque ecclesiae cimelia sacrilega manu rapientes ex eisque pecuniam cidentes libera-

litteras donarunt, statuas confingunt, a turri evectunt, sacramenta conculcant, sacerdotes et monachos urbe ejiciunt nihilque quod sacrum erat intactum impollutumque relinquunt.

Malecontentorum factio. Ceterum hæc in religionem et religiosos impietas Flanoniæ nobilitati quæ ut numero ita armis inclita est admodum displi-
cuit. Hinc etiam malecontentorum factio Gandensibus infesta. *Mattheus* prefectus Gravelingæ reconciliatur regi.

Alexandrius vocatur et venit in Belgium susceptus a Comite Galeineo.

Circa hæc tempora moriuntur in Hispaniis ^{99^{imus}} Princeps D.D. Wenceslaus Princeps Bohemiæ Cesaris Rudolphi frater in charta anni sequentis commendatus, cujus cum ætas adhuc immatura esset minus erat mors deploranda. Nec non Maria Emanuelis regis Lusitanæ ex Eleonora Austriaca filia grandæva virgo multis antea Principibus expetita nulli tunc juncta.

Hoc anno combusta fuit ecclesia in Molenbeeck. Anno 1579, statim in principio Mensis Bruxellis combure-
runt ecclesiam in Molenbeeck et postea vendiderunt omnem suppellectilem ecclesiæ cellarum et omnium officinarum anti-
qui nostri monasterii in Schuet ad hastam per partes tum hic quam Antwerpæ, et tandem combusserunt sedilia et reliqua quæ non potuerunt auferre.

Uxor cujusdam satellitis reddidit imagunculam miraculosam B.V. Mariæ fratri Joanni Lamberto hujus domus Donato eam repetenti, reservatis sibi togis et aliis ejusdem clenodii, quæ imaguncula postea Leodium delata in ma-

quo fuit honore servata usque ad nostrorum reditum ad civitatem Bruxellensem et sicut Deus olim domum Obededom, in qua arca testamenti reposita fuit omni benedictione locupletavit; ita et domum Leodiensem temporalibus bonis et personarum (non infimæ notæ) numero auxit eo tempore, propter hanc, ut multi arbitrati sunt, B. Virginis iconculam Ahamarkturgam.

Obiit Pruxelle apud dominicanos, ubi confratres nostri hospitabantur, Mathias Velthoven senior Donatus hujus domus. Ejus nomen in carta 1582.

Redeo ad Principem Parmensem quem invenio de Harpensi arce, quam anno superiore in potestatem suam arte redegerant ordines industria cujusdam Peilii consulis Eragentensis filii triumphantom. Ad hanc enim expugnandam Gonzaga et Mandrogonius missi posttridie Epiphaniæ eam recipiunt, presidio omni laqueo enscato, ipsoque Peilio qui ei præfuerat, patibulo a se erecto ut olim infelix Aman affixo, eo quod simili mortis genere Bloemium regium prefectum sustulisset. Referunt autem præfatum Bloemium cum ab illo esset laqueo suffocandus cum infra annum ad Dei justitiam tribunal compellasse ut crudelis supplicii rationem redderet, factumque ut eodem die recurrente anno eodem etiam loco, suppliciique genere ipse interiret quasi ad radimonium obeundum a supremo præside accersitus. Quod si a casu ita evenit miremur, si a Deo vereamur et discamus [justitiam moniti et non temnere Divos]

Expugnata ergo Harpensi arce, et omnibus transposam oppi-

dis recuperatis Limburgo etc. victicia Hispanorum signa media Brabantia circumducens Farnesius ordinum cohortes equestres pabuli penuria laborantes prosternit Antuerpiamque frustra per triduum tentata ad obsidionem Trajecti ad Mosam (Mastrichtum vocant) omnem virtutem bellicae robur convertit, occupatis in itinere Aelinonda et Weerta oppidulis Campaniae in Brabantia.

Circa haec tempora, p[er] 21 Januarii, obiit magnificus et Reverendus Dominus Guilielmus Garde Magister codicillarum supplicationum sanctae Sedis Apostolicae, qui habuit plenum Monachatum; D. Nicolaus Ballandus professor domus Lehenae qui 50 annis laudabiliter vixit in Ordine; frater Antonius Montis Conv. professor domus Vallis Christi qui 71 annis laudabiliter vixit in Ordine; et frater Rochus Conv. professor domus Ferrariae qui 77 annos laudabiliter vixit in eodem Ordine; Joannes Page fidelissimus famulus domus Lehenae qui habuit anniv[er]sarium 4 Maii; et D. Joannes Canales benefactor domus Porte Caeli.

D. Alexander Palinck Item obiit D. Alexander Palinck Prior domus Campensis ultimus Campensis professor et olim Prior domus Brugensis. Non est ille quem Arnoldus D. Petreus vocat, quem putat ante Ordinis ingressum Arnoldus, de quo sum fuisse Dominicane familiae religiosum, quem et Petreus, fuit tunc septem annis puer aliquoties vidit ejusque manus deorsum tum Pector, cujus Aus est donatus ab illo pomis aliisque puerilibus munus in subsequentibus fiet rursus qui eum ad diligenter studendum hortatus mentio anno 1581 dicebat parenti: ejus futurum cum aliquando Cartusia- Habita ratione num. Quin et non sine veri praesensione ac quodam temporis videtur divini Numinis afflatu paulo ante obitum lecto circum- quod is Prior Campensis fuerit, de quo D. Theodorius Petreus sed falli in nomine.

stantes identidem interpellarent ut duplo profundius in terram eum defoderent quam communis habet consuetudo, futurum enim ut demortua Religiosorum fratrum corpora etiam romere tandem aliquando proscinderentur: quod raticinium equidem seu praesensione rei probavit eventus. Sunt namque sacra sepulchralia in urbem translata sanctissimorum Patrum monumenta violata, pietatis domicilia eversa, ipsaunque suscipienda pulchritudinis Templum non minus quam cimiterium in Cereris usum redactum.

Ordinationes Capituli

Declaramus apostatas et criminosos post tertiam fugam amplius in Ordine nostro non esse recipiendos: qui vero post tertiam fugam jam recepti fuerunt. Si adhuc semel fugerint ab omni Ordine in posterum expellentur.

Cum jam de jure infirmi gravi infirmitate detenti divinum officium dicere non teneantur, declaramus dictos infirmos ad audiendum dictum officium non teneri, sed sufficere dictos infirmos dicere Dominicam orationem, Angelicam salutationem aut psalmos quos memoria tenent pro ipsorum devotione.

V. P. Diffinitores Capituli generalis pro multitudine negotiorum non potuerunt revisere novam Statutorum collectionem, illam revisendam commiserunt sex Venerabilibus Prioribus Ordinis et quatuor monachis omnibus zelum habentibus, quam diligenter revisam et examinatam cum illorum iudicio et Cartusie Conventus consensu approbarunt et ea nun-

pro secundo generali Capitulo acceptarunt et Statutorum vim habere declaraverunt.

Libenter quae gesta novi Bruxellis refero quod generales historiae peculiaris singularum quarumque civitatum non comprehendant atque huic quam inhabitamus specialiter obligati sumus. Nec hoc igitur silentio praeterendum. Quando hoc anno 1579 iconoclatae in sede S. Nicolai confringendis Sanctorum imaginibus desudabant, magnopere pertimescebat Joannes Houwardus presbyter videlicet, cui miraculosa sacramenti cura demandata erat, idem eos in diva Gudula quod et contigit, molituros: eaque de causa hierothecam una cum Venerabili Sacramento nec non et cruce aurea, cui tenae istae hortae sunt inclusae extraxit: commendans hierothecam alteri cuidam sacerdoti, abdito quodam in loco adservandum: indicans interim aliis quibusdam symmetris penes se conservari hostias dumtaxat sacras. Qui cum etiam ipse timeret, plurimumque secum dequireret ubinam tutissime eas reponeret, reperit tandem matronam quandam impense piam ac faciturnam Annam videlicet Baers, viduam Philippi Bosselii commorantem in platea quam vocant (die hortae Ridderswaekte) prope conventum feminarum penitentium, paratam nimirum earum in se sacrarum hostiarum curam suscipere. Unde in superioris cujusdam cubiculi tabulato trabem sibi quamdam delegere cujus foramini sacerdos omni cum reverentia sacramentum hoc culco involutum, quam secretissime imposuit, idque sine ullo domesticorum scitu: nisi quod praefate

viduae gener Magistro Cattenbrochius urbi Bruxellensi a secretis
 ejus rei conscius semel dumtaxat locum hunc inuisit, visu
 suo num humore gelopiam corrupti posset. Hic augustis-
 simum hoc sacramentum sex annis reconditum, cum in
 aerea temporis duo illic contigere stupenda miracula
 loco merito habenda. Duorum primum est iisdem in edi-
 bus nonnullos Geuseorum commoratos capitaneos, atque in-
 ter eos quemdam insigniter improbum, qui frequenter ad-
 modum suis cum satellitibus grassatum foras excurrebat.
 Hic igitur qui exterius demon quisquam videri posset,
 domum prothliminio reversus ad instar aigni mansuefactus
 est, benigne ac liberaliter cum domesticis sese gerens, quibus
 etiam commendabat, ut postquam rebus esset exemptus
 humanis suis ex facultatibus quas istic penes se repositas
 habebat, largas pauperibus eleemosynas erogarent, ac pro sa-
 lute animae suae orationes institui curarent. Alterum est
 quod filiola quaedam ejusdem domus novembris circiter aut
 decembris nihil omnino de hoc sacramento sciens quotiescum-
 que sub loco hoc agebat, ubi in thabe reconditum erat ad-
 mirabilem quemdam senserit devotionis affectum: adeo
 ut libens admodum illic sit precari solita: proinde ut in
 stuporem versa identidem ex avia sua quid id rei esset
 percunctaretur. Quae ut omnem ulterius interrogandi sus-
 picionem domesticorum animis eximeret imaginem illic
 cum lumine collocavit ut libentius precatum eo conce-
 derent.

Trajectum recupe-
natur.

Trajectum ipso Petri et Pauli die qui in 29 Junii recurrebat il-
lucessente aurora expugnatur a Farnesianis. Pauci in armis conse-
sterant omnes ad unum trucidati sunt, multi in Wyckham
fugientes e ponte decedentes proterfluo Mosam absorpti fue-
runt.

Ante obsidionem missus fuerat per obedientiam S. Rogidius
professus hujus domus tunc hospes in domo Diestensi in Ger-
maniam, et juxta Trajectum ab hereticis captus mansit in
carcere aliquot mensibus cum quibusdam aliis Hispanis, quo
temporis spatio non cessabat eis exprobrare calamitatem
hujus patriae quod ipsi essent causa omnium malorum
quibus Belgium premebatur, capta, igitur, ut dixi, civitate
post longam obsidionem; cum suos captivos Hispani libera-
rent ex carceribus nostrum necaverunt, atque ex fenestra in
publicam plateam projecerunt, dicentibus concaptivis illum
esse Lutheranium falso id quidem, sed adverte hic mecum
quicumque haec legis miram et justam Dei providentiam.
Hic enim vitam egerat satis scandalosam ob quam
meruit diutius carceri mancipari, quam in conventu
Vide conversionem vivere, nec sic poterat quidem coerceri gravi Ordini et fra-
tribus. Sed tandem Deus illum invenit, qui nullum crimen
P. Ephrom. relinquit impunitum, sed cum non puniat bis in idipsum
rogamus eum ut accipiat hanc mortem temporalem in
satisfactionem peccatorum suorum, et speramus quod sic fe-
cerit quia honoravit eum sepultura; nam nescio quomodo
pervenit fama Leodium ipsum interfectum esse, quod cum

intellexerunt nostri D. Franciscus Cavener qui adhaerebat Puri Christiano eo se contulit atque ex caliginis quas habebat secundum formam Ordinis agnovit et apud Dominicanos sepelivit fuitque recommendatus per chartam sequentis anni, in qua quidem invenio D. Rogidium de Pato professum domus Bruxellae, sed in elenco professorum diversus est ab illo; in ea quam habeo prae manibus absque cognomine scribitur.

Antwerpiae rursus Rursus Gensiorum furor Antwerpiae deferbit in ecclesiasticos in ecclesiasticos bel. et catholicos qui una cum Archiduce supplicationem instituerunt pro prospero statu patriae. Quod pluribus ordinum principibus ansam dedere, ut se fidei clementiaeque regiae denique submitterent. Inter quos primi Egmondanus et Arschotanus reguli, quorum vestigia sectati plerique cum Farnesio paciscuntur. Verum Egmondanus, qui cum imperio Bruxellis fuerat eam urbem regiam sedem suae potestatis facere cum medietate a civibus qui auxiliares copias Mechlinia evocaverant non sine gravi ignominia pellitur victoriam sibi eripi e manibus passus.

Sectarii Sylvaducis Sylvaducis sectarii ejiciuntur qui praecedenti anno cum regis exercitus obsidere inciperet Trajectum domum nostram funditus everterunt; verum hoc anno catholici cives prevaluerunt, fidem et religionem revocarunt, quod et Brugis tentatum fuit sed infeliciter.

Mechlinia et Syl. Mechlinia in fidem regis interveniente B. P. Petri Luxi Crvaducis regi se dedidit Carmelitarum recipitur, quam Sylvaducis nunc catholica incunctanter assequitur.

Gallobelgica cum Them mense Septembri ordinem Arterix atque Harmonix itaque rege reconciliato. Duacenses atque Insulenses in montis Elijiani ascetorio congregati in gratiam cum Alexandro Farnesio Belgicæ præfecto redeunt.

Item Rurmeburgius qui Groningam paulo ante ceperat.

Benedictus Deus qui cum iratus fuerit misericordix recordatur.

Petrus a Hirica In Cartusia Leodiensi, 29 Septembris in festo S. Michaelis, obiit
Prior Lovaniensis D. Petrus a Hirica professor et Prior domus Lovaniensis per 19 annos, moritur. receptus ad ordinem anno 1540.

Seminaria pasto- Philippus rex Guilhelmi Lindani episcopi Buremundani opera Lo-
rum Duaci et G. vanii et Duaci pastorum seminaria excitari et dotari mandavit,
vanii. litteris Madridis ad Alexandrum Farnesium mense octobri datis.

Cudardus a Bournonville fædus conjugale cum Maria Chri-
stiana Egmondana ut inquit primus Henrici Comes ab Philippo
rege creatur.

S. Christianus Prior Sub finem hujus anni accidit lamentabilis casus quod V. P. D. Christi-
cum S. Francisco Ca. nus Prior noster cum S. Francisco Cavener et fratre Adriano Do-
rener capitur ab nato Montis Lion prope Zirigeam cupientes ex domo Leodiensi
hereticis Bruxellensi proficisci Valencenas et Angiam, quia illa loca tunc erant
bus. reducta ad obedientiam regis majestatis, inciderunt in præ-
dones et hereticos navigantes Namurcum, qui illos spoliatos pe-
cunia 50 florenis Bruxellas captivos abducerunt et multis in-
juriis et molestiis afflexerunt; tandem quidam boni cives catho-
lici illos redimerunt ex manibus impiorum et exposuerunt
ultra mille et centum florenos, imprimis Franciscus de Bruyn
et Philippus opden Bosch pecunias mutuo dederunt, et pro
aliis necessitatibus fratrum.

Hoc anno Genere ~~per~~^{per} hocinione a rege Francie susceptum scribit
 Jul. Cas. Buleng. lib. 6 Hist. quod infinitis animabus Christi
 sanguine redemptis fatale ex tunc fuit et christianissimi nomine
 nihil indignius.

Pior Christianus Anno 1580 in fine Januarii egressus est S. Christianus Pior
 soluto lytro liber. civitate Bruxellensi incognitus cum D. Francisco et fratre Adriano
 taxi restituitur. licet haberent saluum conductum tamen non permittabantur.
 egredi, et inde venerunt curru Villici nostri Hallas et inde
 montes Hamonic et Valencenas.

Philippus rex in Henricus cardinalis idemque Lusitanie rex vita defungitur postea
 Lusitanie regnum Calendas Februarii, eodem die quo ante 68 annos natus fuerat, in
 succedit. cuius regna ceterasque ditonas successor vit rex noster Philip-
 pus huius nominis secundus.

Contra cum insigni stratagemate occupant regii 27 Februarii.
 Sua Alencorius Mense Martio arc Cameracensis presidio Gallico patet
 Cameracum oca archiepiscopus Parlaymontius atque optimi civium amandati
 prat. Princeps Auricacus perduellium dua ac dissidiarum omnium
 Guilielmus Au- autor atque fautor a Philippo II rege publico edicto prosen-
 rangii princeps bitur ingenti pecunie summa percussori promissa.
 proscribitur.

Septa Aprilis feria Paschalis octavæ quarta ingenti terra motu
 terræ motus non Belgica solum, verum integer pene hic orbis concutitur.

Hoc anno cometa quoque miræ magnitudinis fulsit et
 pestis seu lucis epidemica totum pene Europam gravissime
 afflicxit.

Cometes.
 Capitulum generale non in Cartusia sed Chamberiaci celebratum

Res turbida in fuit 2 Maii ob bellicos tumultus in Delphinatu exortos. Henricus Na-
 Delphinatu sed raris res cum factionis Hugoniticae ducebus qui simulata pace de-
 more pax subsecipi metuebant quibus bellum pace magis questuosum videbatur
 uita est: feram in Picardia occupant, Bironius regulus Caors Aquitania
 oppidum per insidias impetrat Rumenius regiarum copiarum
 supremus imperat. Liuroniam urbem expugnat, dux quoque
 Allabrogum patre vita fincto sequenti Augusto exercitum con-
 scripsit quem in Delphinatos turbidos eduxit a quibus dum
 oppida quaedam per deditioem extorquet etiam Gebornatos la-
 cessivit, quibus dum Bernates se iungunt, primo ejus conatus re-
 primant cunctoque in fugam concitant: quae res paci subsecuta
 occasionem opportunam largita est, nam ea ocius sublato bello-
 rum tumultu coaliuit.

Obierunt Ill^{mus} et Ill^{mus} D. Franciscus Alciatus I. P. E. Cardinalis
 Ordinis nostri protector 19 Aprilis praecedentis anni, ut verisimile
 est, item ipsius pater Ill^{mus} D. Martinus Alciatus.

D. Andreas Leent professor domus S. Martini in monte
 Lalis prope campos et olim Prior domus Paradisi Mariae.

¶ Duo Priores domus Dulmaniae, Vicarius et Procurator. Item D. Henricus Aggenrado Prior Castri Mariae, et
 D. Georgius Hiezfeld recens Prior ejusdem, D. Gerardus
 Vicarius ejusdem et D. Joannes Langen, frater Henricus Hammo-
 niensis conversus professor ejusdem domus.

D. Joannes Abassi Prior domus Bursmundae, D. Joannes
 Firianus professor, D. Georgius Romel Anglus hospes ibidem.

¶ Donati domus Sistentis. Laurentius, Quintinus, Joannes, Wilebodus, quatuor donati
 domus Sistentis.

Nobilis vir D. Nicolaus Chaneius frater D. Mauritii Patris Anglorum.

Monachi 50, Conversi 23, Donati 15, Moniales unica.

Ordinationes

Ordinationem seu declarationem anno preterito factam, que incipit Declaramus apostatos et criminosos post tertiam fugam et confirmamus.

Aliam ordinationem seu declarationem, que incipit Cum de jure infirmi gravi infirmitate, confirmamus.

Quia Capitulum generale hoc anno non fuit celebratum in domo Cartusie propter bellicos tumultus, visum est negotium in alium annum prorogandum et interim ad mundum transcribenda esse eadem statuta ut in sequenti Capitulo possint, si Patribus Cartusie et Generalis Capituli diffinitoribus videantur confirmari.

Persecutio Ordinis Quia multi nostra tempestate in dedecus et perniciem et periculum per totius Ordinis nostri multa molientur inusitata ratione scribendi suppressis nominibus, ne tantum malum in dies latius serpat, excommunicamus et excommunicatos esse et omni officio et voce privatos esse declaramus omnes et singulos, qui falso Ordinem nostrum aut ejus prelatos seu eorum aliquos aut aliquem predicto modo nuper infamaverunt, aut in posterum infamabunt.

Item omnes et singulos qui naturam instituti nostri jam per quingentos annos unanimi omnium consensu pie et religiose conservatam quantum in ipso est funditus evertere

nuper conati sunt, aut in posterum conabuntur donec satisfecerint judicio R. Patris aut alicujus Visitatoris, aut alicujus ab altero deputandi. Similiter excommunicamus omnes et singulos qui auctores hujusmodi infamiae et Ordinis nostri ruinae cognoverunt, cognoscunt aut cognoscent, nisi eos Capitulo generali aut R. Patri vel saltem alteri ex Visitatoribus suae Provinciae quamprimum commode poterunt manifestaverint. Quod si quid ii aut alii in Ordine nostro aut in ejus quibuscumque personis existimant esse reprehensionis vel punitionis et punitione dignum scribant apertis nominibus suis quibus debent ut in veros delinquentes juxta juris formam prout animadverti. Porro excommunicationis hujus abolitionem reservamus R. Patri, aut Visitatoribus, aut alicui deputando ab eis.

Juxta alias ordinata declaramus Aboniales quae nolunt obedire Concilio Tridentino, Bullis Summarum Pontificum, et Statutis nostris ac ordinationibus Capituli generalis cum bona conscientia nec communicare nec absolvi posse. Toleramus Vicariis et aliis monachis ne illas absolvant nec ad communionem recipiant.

Patres Ordinis supra. Reverendo in Christo Patri nostro Cartusiae non fit misericordia, supplicat R. Patri ut et rogamus eum et hortamur in visceribus Christi, ut juxta rationaliter sibi supplicationem Cartusiae et consilium medici sibi rationaliter indulgeat. Sic ea indulgeat, ut prout gravia Ordinis onera et hujus tempestatis tempestate Abedia angustias fortius ferre usque in finem. Cui committimus lanenses obtinuerunt ut sibi provideat aliquam domum Ordinis pro suo bene Breve apostolicum placito vel aliam, ubi secure vivere possit. Et si periculum ut P. Carolus eorum episcopus ut de sua nimia dicta remittat.

videatur imminere, evocet ad se Patres Cartusie, quorum aliquos
secum retinebat quotquot placuerit. Alios qui non poterit
secum fovere distribuat per alias domos bene reformatas, ne filii
a matre degenerare possint. Porro Cartusiam non revertatur
nisi sedatis suis tumultibus aut securitate suadente. *Dici in principio*
precedentis pagine pacem illis terris brevi fuisse redditam.

(Ms. fol. 287)

D. Lambertus

Priori domus Capelle fit misericordia propter bonum ad
Boselaer institutum quod vocatur in domo Leodii et proficimus in Priorum
Prior domus Capelle dicte domus D. Lambertum a Nassegem (alias Boselaer) Sub-
in Germania non vicarium Monialium Prugio, professum dicte domus. Sed
sine opinione sancti. Hunc temporis Vicarius agebat in domo Lucghelhausen,
tatis mortem. sed non reedit, quia antequam chartam Capituli recipe-
ret pie in oratorio suo defunctus inventus est. Sicut fuerat
vivens orationi addictissimus, et Visitator provincie Alemannie
scripsit, Visitatori hujus provincie, quod talis et tantus vir cata-
logo Sanctorum merito deberet inscribi. Fuit magister et insti-
tutor moderni Vicarii D. Robert... eumque virum sanctum
vocat fuitque domus sue procurator.

D. Adrianus Dorpius professor domus Capelle ex domo Er-
fordie (ubi ob tumultus Belgicos habitabat) a Visitatoribus evoca-
tus, institutus est Rector domus sue professionis.

Priori domus Leodii ad suam instantiam fit misericor-
dia, qui erat D. Gerardus Hoens professor ejusdem domus, inscius
Visitatoribus, atque per ipsos carta remissa est ad Cartusiam
ut restitueretur Procurator (sicut ante electionem factam
de ipso anno 1569 erat) quia optime suo functus fuerat

officio. Et presertim in Priorem dictae domus S. Iudocum (Morum, qui fuerat ante ingressum Ordinis decanus Bergensis ad Romam et erat vir doctus et senex) propterea a Prioratu domus Capella absolutum, quem hortamur in Domino ut spirituales statum dictae domus reformare studeat. Sequitur etiam: Et Prior absolutus exerceat officium procuratoris ad Ordinis voluntatem, et S. Iudocus attulit ipsemet cartam ipso festo S. Gerardi, hoc est 3 Octobris. Unde miror tam diu suppressam fuisse cartam, aut executionem ordinationis ejusdem prolatam, nisi quia denuo remissa erat ad cartusiam, ut jam dictum est.

Haeretici Bruxellenses astu Nivellem recipiunt. Domino de Glymes qui ei praerat in vincula coniecto. Ninova quoque Flandriae exiguum oppidum per Lamoium occupatur in qua hinc fratres Egmontii reperti Bruxellas mittuntur.

Donus Capella
 B. Maria prope
 Angiam comburi
 tur.

Dominica infra octavas Visitationis Beatae semper Virginis Mariae fuit exustum monasterium Capella prope Angiam ab haereticis qui praesidium habebat in Ninive; fuerunt autem exusta ecclesia, sacristia, Capitulum, sacellum S. Crucis, et pars parvi claustrum, porta anterior, camera mulierum et stabula equorum, item secunda porta cum domo quam Abbatiam vocabant, tres cellae laicorum cum porta pomarii et cella procuratoris. Eodem die fuit etiam exusta colonia dicti monasterii cum molendino ter Schilbeke et, aliquanto tempore post, colonia in Ezechberghe.

Campis
 et iconoclastia.

Campis Transisulanae urbe, cives in adversas factiones propensi inter se dividebant. At catholici potiores partes obti-

natus seditio compressa est sub finem superioris anni. Donec Orange
nova praesidia honesto satelliti sui titulo intulit et catholicae
religionis publicum usum extinxit. Hinc clerus emissus
Et rursus Aesti spoliabantur templa rapina, quod factum putat
verno tempore.

De qua iconoclastia sic scribit D. Leothoricus Petreus Cam-
penis in catalogo hereticorum: Ita nos quae anno octogesimo
in praecipuis Transisulaniae urbibus ab iisdem geri vidimus
non possumus non referre. Tunc enim Campis primarium
divo Nicolao dedicatum templum, statuis, crucibus, ac ima-
ginibus spoliatum est exque vel fracte vel flammis (novem
enim vel decem ingentes cum in usum excitatos rogos in
ipsa ecclesia cernere licebat) exusta: nec alius interim parci-
tum. Nam et Franciscanorum ibidem sacrum domicilium
violenter invasum; ara destructa, sacra passim profanata,
ac major illa crux quae ad chori ingressum sub fornice
conspicua omnibus erat, soluta, et funibus constricta in
praeterfluentem insulam plateatim pertracta. Inollani
quoque Campenium nostrorum imitati iconoclastiam,
haud segnius ea in parte egerunt: quando in festo S. Petri
Martyris, quod est 17 Calendas Julii, templum iostie
S. Michaeli archangelo sacrum profanarunt, altaria omnia
subverterunt, sediculam Venerabilis Sacramenti aureorum al-
quot millibus erectam dejecerunt ac comminuerunt, ingenti
sane catholicorum cum dolore, quae eo isto die magnam quo-
que rerum suarum facturam fecisse constat. Seditione enim

a Calvinistis ex inopinato excitata a Campensibus illis ac Savientiensibus subsidium petere. Campensibus porro non impune res cecidit. Nam dum civium nonnulli rerum novarum avidi, opitulatum Lovollam contenderent, in itinere a Mastenbroecanis rusticis, in ultionem paulo ante exercite in imagines Christi ac Sanctorum nequitiæ excepti sunt: horrendum enim in modum eos interfecerant, maxillis illorum cultis escariis crucis imagines insculptas ac cadavera in Iuliam fluvium, ut Campos devolverentur, prout oculis ipse nunc meo conspexi, conficientes prorsus ut caro illis steterit. Nam imaginum sacrarum deflagratio, quam celeberrime istis prope modum in locis, in quo carnificinam hanc rustici exerceverunt olim constructa et ab ipsis anno 1580 destu-

Cartusie Campens. etc. Campensie cartusie demotio.

is demotio et
Trajectensis.

Hoc quoque anno 17 Maii vendidit Magistratus Trajectensis monasterium nostrum 13 millibus Carolinis et quingentis, nostrique spoliati sunt omnibus utensilibus que ibidem remanebant.

Ultimus ibidem sepultus fuit D. Jacobus de Gouda Vicarius dictæ domus et quondam sacrista et olim procurator domus Campens. 9 Martii.

Heeklinia hoc quoque tempore occupatur et diripitur ab hereticis, et tunc amissimus omnes calices et reliquam suppellectilem argenteam que asservabatur in dono parentum D. Cooman.

Farnesius cum expedita legione Hamonicæ oppidum mor-
haicum adhuc rebello expugnat, dein fanum S. Amandi in

fidem regis accipit ac Tornacum Nerviorum sedem movens rebellium agros populatur.

Liberat virgo Hallas ab Oliverii Comptii aggressionem in julio.
(Vide Lyprium cap. 7.)

Augusta Laurinorum Emanuel Philibertus Sabaudie et Pedemonti Dux ex hac vita discessit ultima Augusti. Princeps pietate, justitia, prudentia summus.

Octobris quoque memoratur Anna Maximiliani Imperatoris filia, regina Hispaniarum.

D. Nicolaus Coen Mensis Novembrii 21 obiit (peste ni fallor) Bethunia. D. Nicolaus professor et sacrista hujus domus propter rabiem hereticorum exul hospes in domo Gornay. Fuit vir simplex et rectus atque devotus ut collegimus ex piis libris qui fuerunt illi in usu, descripserat in uno libello omnes hymnos Lanspergii quem penes me nunc habeo.

Nostri religioni
Bruxellis expulsi. 17 Novembrii fuerunt confratres nostri civitate hac expulsi seminudi et curru ducti per tubicinum usque Hallas, et omnia mobilia et suppellectilia fuerunt publice in foro vendita, remanentibus duobus sacerdotibus Guilielmo de Castro et Judoco Abbas, qui per chartam hujus anni jurosi fuerant se conferre ad provinciam Rheni et fratre Nicolao Donato.

Sic autem contigisse ab ore P. Joannis Proeyerii audiri: cum enim religiosi qui Bruxellis remanserant multa debita contraherent ipse suggestit P. Priori Christiano, ut eos amplius non toleraret sed inde revocaret, quod cum fecisset et vobis litteras destinasset quibus significabat ut D. Martinus Hoons, D. Guilielmus de Castro, D. Judocus Abbas secundum decretum

Capituli generalis se conferant ad provinciam Tolani, ceteri ad se veniant, D. Guilielmus qui se gerbat pro Vicario litteras ostendit Magistratui haeretico, ut ostenderet omnes quamvis vestem mutassent animo esse religiosos, atque in eos superiores jurisdictionem exercere, non quod illi cura esset ut sui obedirent, sed ut ipsis absentibus pro libitu suo viveret, miseri qui pro pastore proditorem haberent, feliciores si suo Pioni adhesissent.

D. Petrus Bets laudatur.

21 Novembris Fuerunt omnes Valencenis reconciliati a D. Priore Christiano, credo ego pro majori cautela, nam inter eos erat D. Petrus Bets devotissimus religiosus quem et laudabiliter in Ordine vivisse carta Capituli generalis testatur, qui non cessavit divina celebrare tum apud Dominicanos, tum in sancta Catharina, atque in animum inducere non possum haec frequentare sacramenta nisi cum bona conscientia, neque habitum deposuit, nisi cum ad id minis adactus fuisset ejus qui in fascibus agebat apud haereticos, famoralia ergo curavit sibi fieri, quae hactenus toto vitae suae spatio non gestaverat, ab ineunte ^{enim} aetate bonus infans fuerat Lovanii et semper Aaga Valeri inductus fuerat, vero inquam bonus infans et tantae innocentiae ac simplicitatis ut se nudum sartori exhiberet.

Vis orationibus ejusdem.

Et scimus teste Evangelio quia peccatores Deus non audit, sed si quis Dei cultor est et voluntatem ejus facit, hunc exaudit. (Joannis.)

Hunc autem exauditum fuisse, scripsit ad me D. Vincentius Amille comprofessus noster cum primo institutus esset Procurator Cartusiae Brugensis. Sic autem ait: Temporebus istis

quibus heresis ordinibus ordinem laxaverat adeo ut nontis etiam sine peccato extra monasterii cepta liber exitus pateat contigit caelum claudi, ut vix ros aut pluvia veluti Helix temporibus decideret, quapropter terra nullo imbre irrigata fructus et olera denegabat, et cum ubique maxime in monasterio S. Elizabeth eorum penuriam patiebantur eo quod in monte constitutum sit. Totis igitur temporibus vir quidam Cartesianus (quem nostri S. Petrum autumant) propecte etatis pius, inquietans, et sanctus ad predictum monasterium pervexit, quem religiose conspicientes sese ad ejus pedes devolvere, ab illo solatium et olera postulantes, quibus ille compatiens et fidem approbans omnes cubiculum quod intraverat, excedere jussit in cujus secreto solus ad Deum precibus fudit, ne frustra, nam protinus caelum est nubibus, deinde pluviam dedit, denique terra irrigata solitos fructus et olera simile Helias suis precibus impetravit, ac magna apud omnes propterea in veneratione fuit. Laudamus igitur et nos viros gloriosos Patres nostros in generationibus suis. Ita mihi a Monialibus cognatis meis predicti monasterii relatum est, cum scilicet primo cella sacris promotus ad officia et eas ex officio visitaret. Unde patet quantum valeat, ut ait dominus Jacobus, oratio justis assidua.

Nicolaus Donatus tantum autem Nicolaus Donatus sequenti carta Capituli ab Ordine ejicitur, declaratur ab Ordine alienus, et sine spe reconciliationis omnique beneficio Ordinis privatus, quia manserat Bruxellis cum hereticis contra voluntatem Superiorum; qui praeterea non diu supervixit.

Curiale templum S. Bartholomaei Gerardi monte creditur ~~Abra-~~
 ximiliani Caesaris aro initium accepisse et nomen a sacris
 reliquiis Apostoli Bartholomaei, quas anno 1545, 16 Julii, Gislens
 Van Yedegem accepit a Michaeli Cartusia Sen Bosche in
 Lierda S. Martini Priore ad preces Danielis Van Bochoote
 Domini de Boelane et Joannis de Costene pastoris ul ex
 senatus Archiepiscopi decerptum hoc diploma docet:

Nos scalini oppidi Gerardi montis notum facimus omnibus
 has inspecturis nos ad instantiam nobilis, prudentis et discreti
 Domini S. Danielis Van Bochoote Domini Territorii Boula-
 riensis, etc., itemque Domini Joannis Costeri curati paro-
 chie Gerardi montis praefati, (qui a nobis scalinis tanquam
 edilibus primariae parochialis ecclesiae S. Bartholomaei in pra-
 dicto oppido Gerardi montis site postulaverunt ut Venera-
 bili Patri in Christo Michaeli Priori Cartusiae Sylvae in
 Lierda S. Martini supplicaremus) nos ergo supplicasse te-
 stamur dicto Patri et ejus Conventui pro certis quibusdam
 Reliquiis, quae apud eos a multis retro annis quieverunt,
 S. Bartholomaei videlicet Patroni nostri, in cujus praecipue
 honorem ecclesia nostra consecrata est. Quas ab eis eo fine
 petimus, ut eas in praefata parochiali reponeremus et in
 honore multo custodiremus, earumque cultum quantum
 in nobis esset augeremus. Itaque S. Prior et Conventus
 ejus nostris precibus inclinati libenter et non gravato
 nobis eas in manus tradiderunt, quibus pro accepto tanto
 munere nunquam condignas gratias reddiderimus. In Aesti-

monium autem grati animi nos predicti scabini Guilielmus Van Tedequem, Joannes Van Dael, Joannes Claus, Joannes Navel, Julianus Husselinus, Judocus Molanus et Joannes de Kuyberant presentes has litteras sigillari jussimus sigillo scabinatus nostri appenso. Datum anno 1585, 10 Julii.

Hae autem Reliquiae S. Bartholomaei in curiali templo Gerardi Gemontensi repositas Deus hoc anno 1580 insigni illustravit miraculo, octiduo a festo S. Michaelis in festo scilicet S. Pionis a S. Michaelis Priore Cartusiae Gylva, ut predictum est, dono datus.

Limontio Gotiae portu pacato mari navi solvente viris centum varisque mercimoniis onerata Neapoli appropinquante ut Calchum appellaret orta nocte est tempestas tam horrenda, ut desperata incolumitate omnes animis jam deficerent. Inerat nam juvenis mercator patria Destinganus Adrianus de Clerck alias Moraeli Jacobi filius insigni in Deum divinamque Bartholomaeum pietate, qui socios hortatus, ut Dei Sanctique Bartholomaei Gerardimontensis opem implorarent, in ejus honorem Orationem Dominicam Angelicamque Salutationem recitantes periculo citra dubium eximendos esse. Hoc facto remittente se vi tempestatis vita fortunaeque omnes fuere singulis servata.

Crangius Disthorium Archetum et Lichen occupat.

Odenseopol et Nivellam regi vice versa capiunt.

Ad finem mensis Decembris obiit Gerardus a Groesbeck episcopus Gerdienis et Cardinalis, postquam huic Eburonum

ecclesie 26 annos maxima cum laude profuerit. Princeps prudentis-
simus et magnus catholice religionis assertor, in cuius locum
Ernestus Alberti Borussiae Ducis filius successit.

Circa haec tempora 22 Augusti obiit D. Simon Reynoult professor et Prior
provinciae Franciae domus Fontis B. Mariae et olim Prior domorum Belliarici et
orbatur utroque Divisionis Visitator provinciae Franciae. De quo legimus supra an-
no Visitatore no 1567 et habuit plenum Monachatum.

D. Simone Reynoult.

Et D. Joannes Bellii. Anno 1581, Martii 6, secutus est suum collegam et
comprofessum V. P. D. Joannes de Bellii professor domus Fontis B. Ma-
riae primus Prior Nostrae Dominae Bonae Spei prope Gallionem
et olim Prior Montis Dei ac Convisitator provinciae, qui sicut
in vita fuerunt conjunctissimi, ita et in morte non sunt
divisi. Hi fuerunt duo viri virtutum, in quorum vita nihil
nebulosum, nihil fetidum aut diabolicum in moribus, quod
destinationem aut opinionem integritatis eorum refellerit;
rerum et alterius salubris universis et alterius stilus multis
utilis fuit: consilium semper temperatum denique utrius-
que vita omnis gravis et honesta, et ut utar verbo D. Ambrosii
sententia decora, quorum memoria et mors apud Deum
et homines in benedictione.

In quibus parentibus
ortus.

Joannes Bellius nobilissimis et clarissimis parentibus Lu-
dovico Bellio et Maria Prichartex natus est. Pater Cornilleus
a paterno et insigni pago Cornilleo et postea a nobili sua
Puneas dono et vice ad Comitatum sito Puneas nuncupa-
tus est ibi proregis officio fungebatur.

Abbas quondam

S. Michaelis in Eremo.

S. Marie in re-

giensi insula.

Cumque de

Abbatibus his deque

amplo et nobili

patrimonio (quippe

qui fratrum natus erat

maximus) et de

Successorem in sti-

pro reliquendo seculo

deque novo vite genere

instituyendo et

sicut fratrem suum

deligendo nempe

Cartusiano (ut via

arctiore quidam, sed etiam

Jacobum et vir-

ad vitam celestem

compendiosiore) meditabatur,

vehementer

studiosam et doctrinam

cupiebat in suum

locum Jacobum fratrem

(qui natus fuit

Guixie 1535) sufficere

ac sibi successorem

relinquere, non

tam ratione fraternae

necessitudinis, aut carnis

et sanguinis

(quae jam illi viluerant),

quam illius singularis

pietatis et eru-

ditionis, quae in ipso omnibus affulgebat, concepta de eo velut de regede in herbis spe (haud sane inani) eum tantum secundum hunc aliquando fore, qui Dei Ecclesiam magnopere firmaret et calculum Joannes exornaret. Sed vix adduci potuit adolescens nondum annos Pilius circa annos quingue et viginti, ut haec sacerdotia susciperet, num 1560 venientia sua contentus Ferrariensi Abbatuncula suoque Prioratu Ordinem in eoque Gossiniaco, quod existimaret his oneribus sustinendis immisit 30 circiter annos, pares se habere humeros, ipsosque amplios proventus saepius esse impedimento litterarum studii (quorum solo desiderio tenebatur) quam adjumento. Verum precibus fratris et amicorum victus ea suscepit, non sine frequenti postea aedio ac merore. Ita autem in ipsis se gemit atque in omni pietatis genere excellit ut non modo cenobitis suis, sed et omnibus vicinis suis, illucque adventantibus velut juvenis alter Daniel admirationi et exemplo esset; at vero

paulo post Abbatia S. Michaelis a rebellibus Roupellanis demolita et combusta fuit. Ipse autem Græcæ ac sacræ linguæ fidelissimus interpres multa hæc erudit et latino sermone illustravit ac famosus Gregorii Nazianzeni interpres evasit. Erat autem Joannes Billii Jacobo huic viro eximio noster Joannes tunc Prior novæ Cartusie præter Jacobum Abbatem Gallionensem carissimus et desideratissimus cum propter naturam S. Michaelis et magnæ necessitudinis quæ illis ab infantia vinculum tum viri doctissimi. propter singularem animi ejus candorem et summam vitæ integritatem, brevique cum morte subsequutus est hoc eodem anno ipso die Nativitatis Christi, 2^o Decembris.

Noster quoque Joannes litteris deditus fuit et opuscula pleraque gallice edidit translata e Latino, ut videre est in Biblioth. Cartus.

Hic tum infectos per totam diocesim, grassante tum crudeliter pestifera contagione ipsosmet intrepide visitat, sacramenta administrat, temporalibus iuxta ac spirituali levamine consolatur et quæ proest omni ope succurrit, utroque sacellanorum contagione huc abrepto tandem et ipse eadem huc correptus Audomaropolim vicinam petiit, ubi in xenodochio sanctorum S. Francisci diem plauis extremum 9 Octobris anno 1583. Hæc est solitudo quam Corn. Musius illustis nostræ ævo Salpibus in Hollandia Christi martir docto carmine laureatus poetâ ita celebrat.

O beata solitudo,	Quam beatam amicitiam	Vix utris sed cum egrotabis	Et cum morti propinquabis
O sola beatitudo,	Quam a laudantibus	quæ lachrymis damnabis	Tunc sed seculo furcibus
Pis sessiculis!	Porro a mundiculis	Omnes mundi infulus	Ad hactenus cellulas.

Idcirco B. Petrus Damiani eremitam consulebat, an sibi expediret, ecclesie et proximis servire in cardinalatu et episcopatu Cæsiensi, an vero iis abdicatis recipere se ad monasterium, eo quod vitam illam activam sentiret spiritum suum distrahere ejusque pro-

fectum impedire. Cui eremita: Quid prodest Lucernæ si alius luceat,
et ipsa se flamma vorax absumat. Quo audito Petrus episcopatum dese-
liquit et monasterium petiit. Alexandro II penitentiam injungente

Martino Reythario Iprencium episcopo

Qui Tridentino Concilio interfuit, Gandavi pro fide carceres subit

Audomaropoli obiit 9 Octobris C13 13 LXXXIII

Laminarium Iprencense heres posuit C13 13 CVII.

Capitulum generale in alma Cantua celebratum die 29 Aprilis an-
no 1584.

In ordinatione provincie nihil aliud habetur, quam quod do-
muni Prugis providebunt. Visitatores de Priore ceterisque officialibus, cum
civitate Prugensis fuerit reducta ad obedientiam Romanæ Ecclesie:
quod pseudo post accidit 22 Maii, quare reddita civitate S. Hercules
profusus hujus domus ex Priore Sylve S. Martini institutus est, eisdem
Prior.

Lambertus Post Lambertus Post Donatus domus Wesalix ab hereticis occisus in
Donatus occisus ab eadem carta legitur; puto in bello Trucesii apostate con-
hereticis. Ara Ernestum Bavarum electum archiepiscopum Coloniam.
Antonius Ross Com. Obiit illustris Dominus D. Antonius Ross Consiliarius regis
siliarius regis ca- catholici benefactor Ordinis, maxime domorum Scale Dei et
tholici et benefa- Montis Hilariis.
ctor Ordinis.

Ordinationes

Constitutionem hanc inceptam Cum omnes Ordinis nostri
libri anno 1582 factam et superiore anno approbatam R. Pater
Cantua, ut ei fuerat commissum executus: jam pro parte

simili recognovit. libros homiliarum et sermonum quibus in di-
vino officio et refectorio utimur, et nimis est ei justis sane de
causis, et honestis rationibus, ut libri ipsi homiliarum et sermo-
num rursus mandarentur, cujus non regnem operam debita ani-
morum gratitudine agnoscentes, eosque libros homiliares et ser-
mocinales jam ex parte impresos libenter acceptamus, ipsam
in Domino cohortantes ut quod ad majestatem sacre Scriptu-
re religiosius conservandam feliciter cepit, optato fine conclu-
dat. Et libros memoratos per provincias et domos Ordinis
distribuat: declarantes interim justa venerandi et gravissimi
Doctoris D. Petri Tutoris sententiam nemini licere scienter ex-

Non licet in Con- rare neque etiam fulam et in conventu errata tolleranda.
rentur scienter ex- cum sacro canone quamvis Distinctione 38 id expresse. Et
rare. Reverendus atque celeberrimus Doctor Navarrus Martinus Aspul-
cuetus, in libro de oratione, hinc canonicis atque aliis divinis
officiis cap. 16, num. 9 asserat, errorem quamvis parvum in ho-
ris canonicis esse peccatum veniale, factum autem per con-
temptum esse etiam mortale.

Incipimus hanc constitutionem: posthac singule provincie
Italie solvant, domui Cartusie Romane 200 scuta singulis an-
nis ad ratam solutionum camerarium donec perveniat, ad
meliorem fortunam, ita tamen quod dicta domus Romae pro-
videat, suis sumptibus omnia necessaria hospitibus suis tam
sanis quam infirmis.

Contributio pro Incipimus hanc constitutionem: Quoniam in urbe Roma mult.
domo Romana. sic quotidie expense fiunt, quae vitari non possunt pro tota
Ordine in communi, quae propterea per ipsum etiam totum

Ordinem quoad fieri potest distribuenda videntur. Ordinamus quod singulis annis 200 scuta solvantur in manibus Procuratoris generalis nostri Ordinis in dicta domo Romana, per provincias Gallie, Hispanie et Italie quae in aequas partes distributa conficiunt summam 66 scutorum et tertiam partem scuti aurei solaris, quae a singulis istis nationibus erit exsolvenda, et a Visitatoribus ad generale Capitulum afferenda vel mittenda ut hinc Romam transmittatur. Et dictus Procurator teneatur reddere rationem de istis 200 scutis suo Piori et Visitatori provinciae quoties requisitus fuerit.

Servetur hoc Statutum 2^o Part., cap. 12, num. 8: Nullus Pior monachus vel conversus nostri Ordinis in itinere constitutus mantellum secularem seu cappam a caputo separatam portare presumat, nisi propter imminencia pericula evitanda. Alioquin puniatur per Capitulum generale vel Visitatores.

Amice lector, ex prima ordinatione animadvertisti quanta cura fuit Patribus ut libri officii divini correcte ederentur, et gravis admonitio et censura adjecta ne quis scienter erraret, quin et R. P. Bernardus peculiari tractatu formam psallendi juxta modum in Statutis nostris prescriptum fusissime explicavit etiam cum notulis musicae, prout scripsi in fine directorii sacristae.

Hinc factum est ut religioni Ordinis nostri conservarent debitam gravitatem in divino officio persolvendo unde, non modice aliqui reprobati et conversi fuerunt prout ^{6^o} Franciscus de Sales scripsit in lib. 8 de Amore divino qui circa haec tempora litteris operam navabat

in Parisiensi academia; nam obiit circa annum 1620, quinquagenarius circiter.

Eximium exem- Cum junior essem et Parisiis agerem duo studiosi, quorum
plum horum valde rum alter hereticus erat, noctem transigentes in suburbis
commendans et S. Jacobi dissolutionibus et bacchinationibus inhonestis audierunt
gratitatem in divino pulsum ad matutinas in Cartusia vicina. Tuncque can-
officio. sam pulsationis a socio sciocitatus hereticus, audit cum quan-
 ta religiositate celebraretur ibidem divinam officium. Ad quod
 verbum exclamans ille: Heu Deus bone! quantum exercitia re-
 ligiosorum istorum distant a nostris! Illi officio funguntur
 angelico; nos bestiarum et quadrupedum ritu projecti in ven-
 trem, vitam dedecoris et ignominie plenam ducimus. Nec
 hoc dixisse contentus, altera luce, volens penitus explorare an
 socii dictis vel et vita ipsa religiosorum responderet ingressus
 est Cartusiam. Ibi videt Conventum venerabilem ordine quem-
 que suo stantem in hemiciclo suo, divises totidem statuas
 marmoreas dispositas in abditis suis, immobiles ad alia om-
 nia preterquam ad psalmodiam, quam deprecabant
 cum singulari attentione, et cultu exteriori prorsus angelico,
 prout consuetudinis est in sancto illo Ordine. Quo tam pio
 motus exemplo juvenis ille, gratia Sancti Spiritus acriter sa-
 ctus, repletusque consolatione melliflua quam singularem in
 loco sensit videns Deum tam sincere coli in cœtu fidelium
 catholicorum tandem decrevit, quod et postmodum im-
 plevit, adungere se gremio sanctæ matris Ecclesiæ veræ et
 unice sponsæ illius, qui desuper eum visitaverat, et inopi-

ratione sua sancta abstraheret ab impudicitis et cubilibus in quibus
fede validabatur. O quam felices illi, quorum cor patet inspira-
tionibus.

Alençonus ex Anglia Belgisque redux in patriam cum fratre
rege in speciem reconciliata gratia, ab eo Lutetia digressus ex
morbo (an veneno lethali) periit 4 Idus Junii. Spes male
fundatae Anglici, Belgici et Gallici imperii ejus obitu occu-
buerunt.

Julii 10 Guilielmus de Nassau Aurangiae princeps Delftis
violenta morte per Balthazarem Gerardum Burgundum illata
morte, actorum suorum Deum audit. Judicem aeream vin-
dicem.

Abtal^{is} de Lima et Leo^{is} frat^{is} J^{ulii}

Delftis obit Batavia.

Federati Hollandiae et Zelandiae ordines Comitem Mau-
ritium Auriaci filium qui annum decimum octavum age-
bat sibi ducem creant et constituunt.

Oppida hoc anno a Parmensi recepta numerantur Ipra,
Bruga, Ceneramonda et Sandem Gandarum, 17 Septembris.

Hem Parmensis Antuerpiam obsidere cepit.

Bruxellones vero etsi penuria commentusque difficultate
laborarent, tamen praefati adhuc pacem respuebant, no-
ster autem Guilielmus a Castro filius prodigus fame coactus
circa finem anni Valencenas venit ibique reconciliatus missus
est Leodium ad carceres ibique descripsit primam partem
Statutorum Ordinis sal. bono caractere.

3 Novembris gloriosus & Caroli Borromei obitus, qui habuit
Licenarium in Ordine, pro qua bona voluntate nobis om-
nibus Cartusianis divinum favorem impetrare dignetur.

Libri homiliarum et sermonum incepti sunt imprimi.

12 Novembris Philippus III denuntiatur Princeps Hispaniarum.

Cum Cartusia Gandensis funditus diruta esset nec lapis
super lapidem relictus, D. Joannes Barba sollicitavit pro loco
in ipsa civitate Epineerhem dicto atque obtinuit duobus
circiter mensibus post redditam civitatem, modicum erat
monasterium fratrum Tertie Ordinis S. Francisci, qui et amen-
tium, ni fallor, curam habebant, sed jam ad meliorem men-
tem reversi Gandenses, hunc locum dederunt nostris incolan-
dum, cujus possessionem accepit prenominate Prior in pro-
festo S. Hugonis episcopi Lincolnensis. Unde Chronicon:

L'Ve le octava Ferras L'Vokante nove M. l. s

Cart'Vla fratres Lovell nove Velta petebant

Propterea mota est aliquando questio de repetendis actore
quodam Guardiano Tertiariorum, qui ex Gallia veniens objecit
nostris jus et actionem, quam in locum et domum habere
se dicebat. Sed occurrit tunc illi Prior et Visitator p. m. D. Jo-
cobus Dionysius, qui petebat sibi refundi omnes sumptus qui
pro amplianda et restauranda domo facti fuerant.

Ecclesia domus Monstrolii, quæ propemodum integro se-
culo deserta fuit bellis jugiter ingruentibus ab Anglo et Burgun-
dis, deinde Austriacis atque versa in horreum anno 1571

cultui divino reddita, sed ad breve tempus, nam post modum denuo prostrata fuit, et profanata, ac tandem post multas vicissitudines rerum reconciliata est haec, anno 1584, festis S. Matthaei per Romanum Dominum Andream Cremiensem episcopum Bononiensem.

Nova et mitior aetas.

Anno 1585, Januarii 19, Holstadius Comes Saxoniam ducis tentat et repellitur a Claudio Berlaymontio Altipennii Domino. Neomagus et Doeshurgum regi se dedunt.

Bruxellenses majori animae difficultate pressi occasiones elabendi quaerebant, et vicinis in locis victuandi, sed Parmensis urbis pertinacia offensus quotquot deprehendit aut in civitatem rejectit aut laqueo necavit.

Qui tot adversis labefacti et inopia ciborum eo angustiae redacti ut paucis quaedam secunda numerosae proles semis fortunae sibi liberisque necem toxico sumpto et his propinata concideret, animis concidere incipiunt, sortemque melioris vitae cum Farnesio ineunt. 13 Martii biennium Calvinianis ut sua disponant permanere concessum, sacellum regium, cardinalis Perenotti ac Mansfeldii reguli domum restaurare, eaque suppellectili decente, qualis prius ablata fuerat, instruere compelluntur. Privilegia vero regis ad arbitrium interpretationemque victoris derelicta. Et sic captivis libertate donatis, miles cum Aemilio caeterisque tribus armatus excessit, pristinaeque sedem suo Principis Bruxella restituit. 19 Martii in festo S. Jo-

seph sponsi Virginis Mariæ, ut aliqui notant.

Richardotius Arthesii præses vir magni consilii et autoritatis et Gernerius Parmensi a secretis in urbem venerunt et rempublicam reformarunt.

Cunc temporis R^{emus} S. Joannes Hancinius Hechliniensium antistes domum Amæ Paeris quæ Venerabile Sacramentum miraculosum susceperat ante sexennium custodiendum ingressus diligenter omnia perlustravit, num quæ esset facta sacrarum immutatio hostiarum utpote quæ haud dudum ante ad D. Gudulam decanus optime earum constitutionem noverat, ut boni catholici animis exhilarati fierent: ita impii calvinistæ contristati, adeoque et conturbati, toto namque clero solemni cum processione ex prefata domo omni cum gaudio et triumpho ac reverentiæ studio inde extractum est atque ad primariam urbem adem D. Gudula sacram reportatum.

Hechlinia quoque paulo post regis potestati se fideique permisit.

Interea Carolus Emanuel Sabaudie Dux nuptias cum Catharina Philippici II Hispanie regis filia celebrat.

Gregorius XIII pont. Gregorius XIII Pontifex vere opt. max. 10 Aprilis die ad medimanda in Dei liorem vitam transit. Is viginti amplius seminaria, omnem Ecclesiam merito, niunquam pene nationum collegia magno Ecclesie catho. decessit e vita. licet commoda instituit ac dotavit.

In demortui locum Sixtus V Picenus Pontifex Maximus

Sixtus V ex Ordine ex Ordine S. Francisci subrogatus est.

S. Francisci.

Prior D. Christianus
redit Bruxellas.

Ad nostros nostrorumque fortunam redeamus, quoniam et ipsi
reperunt penates suos. 13 igitur Aprilis in vigilia Palmarum re-
dit Valencenis D. Prior Christianus cum D. Joanne Prozerio (quem
instituit Procuratorem suum) et fratre Joanne Lamberti Soudo
Bruxellas, ubi invenerunt miserias, paupertatem ac desolationem
magnam, nam ne sedem unam ad sedendum repererunt,
aut scutellam vel coclear, ita omnia per hæreticos erant
ablata, neque obulum fuit recipiendum, quia ab hæreticis
omnes nostri proventus recepti erant. Agri omnes jacebant
inculti, grangia præcipua totaliter combusta, tres ceteræ mi-
nores quasi dirutæ ac ita devastatæ quod non poterant
inhabitari; unicum præter molendinum destructum, stagna
sive vivaria jacebant sine piscibus, præterea infinita, delita
bene 10 millium florenorum contracta, ut addit D. Joan-
nes Prozerius.

Nec multum differendum erat D. Christiano Priori pro-
videre domui suæ, nam intellexi postquam inimicorum
manus evaseremus ab amicis et confratribus (si Deus vult)
Patribus societatis novæ impetitos; qui apud Magistra-
tum Bruxellensem sollicitabant pro bonis nostris ha-
bendis, sed brevi responso ab eis se expedivit nobilis Ma-
gistratus, monachos non adhuc omnes mortuos, nec volo hæc
recitatione invidiæ faces subministrare, sed excitare ad
regratandum Magistratui qui huc nos vocavit, fovit, ac
protegit, et quantum necesse sit ut unaquaque domus
suos profectos habeat ostendere, atque si hæc domus nos filios
amissos, tamen Ordo ipse in bona retinebat, cum injuria

non dissolutione disciplinae alumnis caruisset.

Philibertus Coo- Circa initium hujus anni obiit D. Joannes Franck pro-
man institutus fessus et Prior domus Leodii vir pietate insignis, in cujus
Rector domus Leodii loco institutus est Rector D. Philibertus Cooran pro-
fessus et Procurator hujus domus inscio Visitatore et Priore
D. Christiano quod non nisi ab ipso R. Patre fieri potuit.

Moniales Bru- Hoc tempore cum Deus plebem et populum triplici
genes huc hactenus flagello peste, bello, heresi fatigaret et pene ad interne-
13 personas amice- cionem consumeret, atque deleret, Moniales quoque nostrae
runt. Brugis huc hactenus fuerunt atque e medio sublatae tredecim:
4 Moniales velatae, 3 Conversae et 6 Donatissae.

Monachi 24, Conversi 20, 19 Moniales, Donati 10 circiter.

Clitus fundatrix Obiit 1 Aprilis forte anni praeteriti nobilis Matrona, Do-
Arx Christi. mina Helena Boyca, quae cepit fundare domum Car-
dinis sub vocabulo B. Mariae Arx Christi.

Jam ab aliquot annis Ill^{mus} et R^{mus} Dominus Philippus
Boncompagnus cardinalis presbyter tituli S. Petri et nepos
Gregorii XIII erat protector nostri Ordinis et fautor praecipuus,
alias ipse Pontifex multa privilegia societati contulit
inter quae ut secundo non possint petere intrare Car-
thusianum Ordinem.

Translationem destructae domus Gandensis factam per
Sammum Pontificem Gregorium XIII accedente etiam
consensu catholicae regiae Majestatis ex Valle regali
in locum dictum Eremum intra muros civitatis Gan-
densis cum gratiarum actione acceptamus, et dictam do-
mum S. P. N. Brunonis in Eremo nominamus, et deinceps

per totum Ordinem nominari volumus. Vicarium quoque, Procuratorem et sacristam per Visitatores constitutos confirmamus. Velox fuit restitutio istius domus, credo tunc temporis accepisse multo ab hac domo aliquot gradus alia, quæ postea reddiderunt. Sed tardior promotio.

Societas quorundam *Cartusianorum*. Rectori domus Leodii recenter instituto non sit misericordia. Et D. Guilielmus profusus domus Bruxelle ibidem hospes vadat hospitatum ad domum Buremundæ, et Rector non deficiat providere vestes et necessaria profusus domus Diessensis ibidem existentibus inter quos D. Theodorus Stumpius vir bonus qui nostro tempore laudabiliter præfuit dicte domui Diessensi eratque natione Harlemius, quomodo religiose abstinentiam Ordinis feris sextis in pane et aqua observare meminisse me a senioribus (qui cum eo Leodii vixerunt) audivisse. Domus Amstelredamensis Prior propter destructionem dicte domus conferat se ad Visitatorem provincie Rheni, qui eum collocabit tanquam hospitem in aliqua domo provincie. Obiit autem in domo Moguntina et vocabatur quoque Theodoricus..... prout scripsit mihi D. Petreus de cuius vite sanctitate et sobrietate audivit ex ore Andree Braun consulis Harlemensis, qui post destructionem domum illam convictor aliquandiu adfuit, quod in honorem passionis Dominice feris sextis nihil sibi solitus cibi potusque sumere. Habetur in carta anni 1590.

Ordinationes

Ordinationes jam saepius factas et emanatas a Capitulo generali de correctione et reformatione Monialium nostri Ordinis juxta sacros canones et decreta sacri Concilii Tridentini tam in observatione clausurae, quam proprietate vitanda, communique simplicitate amplectanda confirmamus.

Insuper ordinationem anno Domini 1552 factam in Capitulo generali quae sic habet:

Experientia didicimus in hoc miserando tempore domus Monachorum nostri Ordinis valique gravari, et monialium vitam in temporalibus deficere. Nam expensae gravamina et exactiones quotidie crescunt, nec diu spiritualia sine temporalibus subsistere poterunt nisi aequa lance moderentur. Quare divino honori, Ordinis decori et animarum saluti providere cupientes, committimus Visitatoribus provinciarum, in quibus domus Monialium Ordinis nostri sitae sunt, quatenus hinc ad futurum Capitulum generale domos monialium visitent, facultates et redditus describant sorsim, et similiter expensas, onera, reparationes et exactiones sorsim. Deinde oneribus, expensis, exactionibus et reparationibus suppeditatis considerent quot monachi et Moniales cum honesta familia in eisdem domibus in futurum poterunt abique penuria sustentari, et proximum Capitulum informant, et talis numerus statuatur ut religio non confundatur eo pendente et donec aliter per Capitulum generale fuerit provisum.

Ordinationem Capituli generalis anni 1547 observari volumus.

et mandamus quæ talis est: Insequendo formam juris Statutorum et ordinatum Capituli generalis districte prohibemus Vicariis, prioribus, Monialibus, personis nostri Ordinis sub pena abolitionis ab officiis, et perpetuæ inhabilitatis ad illa et quasvis alias Ordinis obedientias ac privatione veli nigræ aut alia arbitrandæ ne de cetero in domibus suis recipiant vel recipi procurent, vel consentiant puellas ad habitum seu ad discendas horas sub spe receptionis ultra numerum statutum et statuendum, quam facultates domorum absque penuria sustentare possunt. Nec pro hujusmodi ^{modi} receptione supernumeraria prohibita Capitulo generali seu R. Patri Cartusie per se sive per interpositas personas scribere, rogare vel molestare præsumant sub dictis penis. Declarantes per Summum Pontificem modernum R. Patri Cartusie esse jam prohibitum sub pena excommunicationis late sententia ne prædictæ receptioni consentire habeat.

Constitutionem hanc sive declarationem, quod nemini liceat scienter errare maxime in divino officio dicimus includere quosvis errores etiam prolationis et accessuum.

Constitutionem hanc inceptam quod posthac singule provincie Italia solvant domui Romanæ 200 scuta singulis annis nunc approbamus injungentes Prioribus dictarum provinciarum quatenus non differant libenter statim dictam summam Priori Romæ solvere.

Constitutionem hanc inceptam (quoniam in urbe Roma multe quotidie expensæ fiunt) nunc approbamus injun-

gentes Prioribus et aliis officialibus domorum provinciarum Gallie, Hispanie, et Italie ut mittant suas taxas quamprimum fieri poterit, et curent consignari in manus Procuratoris generalis Ordinis singulis annis ante Quadragesimam sub pena absolutionis ab officio. Sub Gallie autem nomine comprehendimus provincias Gebennensem, Provincie, Sequitanie, Burgundie, Francie et Picardie.

Cum quidam ex fratribus Ordinis non nihil herere viderentur de illa clausula quae continetur cap. 29 2^{ae} Partis Statut. n. 9 Quod sine predicta licentia Capituli generalis R. Patris per se aut quamvis aliam personam licentias sive dispensationes aliquas contra observantiam et Statuta Ordinis, etc. Nos qui quam purgatissima esse nihilque nisi pietatem redolere nostra Statuta desideramus, negotio dato quam plurimis viris eruditissimis compertum est eam clausulam et sacris canonibus et Legibus civilibus consentaneam esse. Ceterum quia illi qui pauci sunt illiteratiores interdum cum legunt, offenduntur, ut omnem mali speciem et scandali occasionem a nostris pusillis removeamus, precipimus expungi illa pauca verba dumtaxat videlicet (Etiam si licentia ipse proprio motu concesserint).

Quia multi male interpretantur quae de spatiamento sive recreatione in nova Statutorum Collectione traduntur cap. 19 n. 2, etc. Declaramus imprimis unicum in hebdomada spatiamentum posse concedi quod recreationem dicimus, nec retro cellas nec in hortis amplius quam semel spatiamendum;

nec monachis licere pro suo arbitrio aut colloquium aut spatia-
mentum eligere, sed, presidentis esse spatium illis concedere
eo quo voluerint die secundum Ordinis Statuta, ita ut omnes
semel et simul debeant ire ad spatium et redire.

Ordinamus ut singularum domorum in qualibet provincia
Priores absque omni dilatione solvant, Visitatoribus taxam Ca-
pituli generalis tam hoc anno quam aliis in posterum. Si-
militer taxam Romane curie cameralem in provinciis, etc.
quae praescribitur ipsis quidem provinciis a R. Patre, provincia-
rum vero domibus singulis Visitatorum iudicio pro illarum
facultatibus imponenda. Item solvant, dicti Priores suis Visita-
toribus pretia librorum quos R. Pater jam curavit et etiam
curaturus est Deo volente excidendos ad utilitatem et con-
solationem totius Ordinis, quam quidem ordinationem volumus
inviolabiliter observari ante Nativitatem S. V. Mariae alioquin
sint novitii ubique in conventu.

Domus Lugdunen. Novam plantationem in civitate Lugdunensi, quam
eis Ordini incorporari volumus domum Librorum, cuius ecclesiam Spiritui
ratur. Sancto communi consensu R. Patris et ceterorum Diffini-
torum dedicari visum est Ordini incorporamus cuius Recto-
rem et promotorem V. P. D. Hieronymum Marchant do-
mus Majoris Cartusiae profectum et Vicarium instituimus;
obsecrantes et obstantes Venerandos Priores, Vicarios Monialium
et ceteras personas utriusque sexus quatenus ejus incrementa
juvent, et promoveant ad Dei gloriam et Sanctorum honorem
nostrique Ordinis nitorem et promotionem ac etiam omnium

fideliū vivorum et defunctorum consolationem, volumus
que eam annumerari inter domos provincie Gubernensis
et per Visitatores ejus provincie visitari in nomine Patris et
Filii et Spiritus Sancti. Amen.

In Maio venit D. Petrus de Leon Hispanus professor do-
mus de Miraflores Cornaco Bruxellam velut alter Re-
hemias missus a Deo ad restaurandam hanc domum prout
in subsequendis annis dicetur.

In junio institutus est D. Joannes Procyerius (qui hęc pre-
cipua de destructione et restauratione domus litteris manda-
vit.) Procurator a D. Christiano.

In eodem mense predicti officiales concordarunt cum
creditoribus domus coacti multis dare annualem censum de
marco 14 redimibilem.

In julio missus est D. Judocus Ab̄s hospitatum Leodii
qui hęc tempore hereticorum remanserat non tamen con-
sentiens eis.

In estate elocata sunt aliqua prata et agri vili preto
propter paucitatem et penuriam agricolarum et equo-
rum, qui presenti anno 1585 nihil, sequenti 1586 tantum
quartam partem, anno 1587 dimidiam, anno 1588 tertiam
partem et demum quarto anno 1589 omnes fructus agro-
rum et pratorum cultorum representare tenebantur,
quia predictæ terre per multos annos remanserant in-
cultæ.

Mortalitas equorum In hac quoque estate tanta fuit equorum mortalitas, ut

coacti fuerimus (sunt verba D. Procuratoris quibus prothac saepius utar) villicis equos emere ad colendos agros videlicet in villa S. Annee Pec. tres in Neys, unum in Berysberge, unum in villa S. Martini; qui omnes mortui sunt, et sic manserunt agri inculti et parum restituerunt.

Bona quoque Capituli fuerunt data cuidam capitaneo hereticorum a Principe Auriaco, qui amputavit omnes arbores et valde destruxit illa bona et reddidit omnino inutilia.

Ea tamen quarto die Maii elocavit D. Prior cuidam Henrico de Riddere et Margareta uxori ejus qui venditis propriis possessionibus emerunt equos et aliqua animalia agricul-
turae necessaria, grassante autem predicta peste inter animalia equi sunt mortui et jumenta, et coacti sunt fer-
ras relinquere incultas et sic nihil est receptum pro annis 85 et 86.

In Augusto missus est F. Adrianus Donatus Prugas ad hospitandum, sed non rediit remissus a P. Hercule postea ivit Lovanium, ibi solvimus ejus expensas.

Antuerpia Farnesio se reddit Augusti 17; urbem vero ingreditur 27. Unde extat chronicon:

Vlgo Legte spillas Antwerpen Colicia potentis
P. la Chap. Holspan et Vlckte J. M. perlo.

Pictus Pontifex initio Pontificatus Henricum Vendomionensem dicato diplomate ad 5 Idus Septembris lege adversus religio-
nis desertores in impiorum numero haberi sancit jureque

successionis in Gallie regno cepolant tum ipsum tum Leonardum principem ejus patrualem.

Sacrae leges origo in Francia. Jam ante 24 Februarii Janville principes catholici in Francia fœdus inierant se nullo modo permissuros ut vel Navarricus vel aliquis hereticus regnum Gallie post obitum Henrici administraret.

D. Joannes Polandus professor domus Bruxellensis Prior domus Erfordie, et alias Prior domorum Præmonstratensis in Thembach in Franconia; qui fuit etiam sacrista et Vicarius domus Erfordie mortuus. Vixit in Ordine circiter 45 annos.

19 Julii redemit D. Prior Lyrensis censum 7 florenarum quem annuus recipiebat hæc domus ex parte Sororum Conversarum Bruxellis.

Item 28 Augusti domicella Hellegaerts redemit 33 asses quos monasterium recipiebat super ædes ipsius op die Wolfgracht.

Joannes Molanus mortuus. Septembris 18 Joannes Molanus Lovaniensis S. Th. Doctor vir incomparabilis morti concedit. Scripsit natales Sanctorum Belgii, et Annotationes in Martyrologium Usuardi, neque in his aut aliis lucubrationibus Cartusianis male affectus deprehenditur quin etiam cum honore eorum subinde meminisset atque defert. Lovanii in S. Petri primario templo corpus quiescit appposito tali elogio: Conditus hic jacet D. Joannes Molanus Lovaniensis S. Theologie professor, Apostolicus et regius librorum censor, ecclesieque hujus canonicus, qui editis libris clarus, et condito insigni testamento, quo pauperibus studiis ad curam pastoralem serio se pre-

parantibus annuos trecentos florenos legavit. Obiit hic Lovanii magno sui relicto desiderio anno 1585, Septembris 18, cuius anima requiescat in pace.

Farnesius venit
Bruxellam.

Septimo Decembris Farnesius civitatem Principis Belgicæ sedem Bruxellam procerum ac senatorum nobili caterva comitatus descendit, recepta Brabantia et Flandria.

Mansfeldius Comes cum lectissimis copiis Hispanorum in Pommeleni insula periclitatur tum ob classem hostium, tum ob inclementiam aeris et frigoris, sed celesti beneficio liberantur, et a Burcoducensibus anona recreantur quare Hispani Sylveducensibus craterem auro calatum regium plane munus quo post sacram Eucharistiæ perceptionem populo propinaretur abbatibus cathedrali sedi elargiti sunt.

Domus Lovaniensis
visitatur.

Anno 1586 circa principium Quadragesimæ accessit D. Christianus Prior huius domus et Visitator provincie cum Procuratore suo D. Joanne de Proeyer et P. Joanne Lambrecht Donato Cartusiam Lovaniensem et visitaverunt ibidem conventuales; peracta visitatione, P. Visitator cum Priore Lovaniensi D. Guiljelmo Besyeren visitavit pariter Patres Angli

Prior cum Procuratore ibidem hospitantes.

Leodium veniunt

Circa medium Quadragesimæ profectus est, D. Prior cum Procureatore et P. Joanne Donato Chenas, ibique hospitati sunt apud D. Henricum Rochoren tunc pastorem et decanum christianis.

Utique Rochorink rebo respicit. Venit uterque neuter Deo datam fidem servavit. Nec mirum: a carnis pehulantia et iis vitis ac periculis que continentie infuturo contraria sunt, devota violataque prima fide in profundum et in damnationis precipitium uterque descendit. Sed hoc ad damnationis cumulum vertetur Henrico Rochorinck, quod ille Gasparem fratrem suum Cartusianum monachum et sacerdotem cum post apostasiam carcere semel iterumque resipiscens punitus fuerit, et ad extremum profecto Cartusianæ familie in qua debebat atque istam economiam hinc obtulisset hauriendum, ad carnis libertatem, et ad incastas nuptias cum Antwerpina quadam femina incensus seduxit. Scilicet hoc litteris Chenas ab ea missis testatur, quas mihi redditas domi asservo. Henricus Cuijckius in epistola parisiensi Lovanii anno 1596 impressa.

satis, quia habebat fratrem in Ordine Gasparum nomine profectum domus Capelle. (Est hic Henricus Bockhoren, ni fallor, qui erat apud Calvinistas Prædæ minister quando nuper per Marchionem Spinobam recuperata fuit.) Manserunt ibi tribus noctibus inde curru venerunt ad S. Eudonem, ibique hospitati sunt una nocte in Abbatia, et altera eodem curru recti venerunt in profectum Annuntiationis B. Virginis Leodium, et manserunt ibidem usque ad festum S. Hugonis episcopi Lincolnensis.

In Maio dederunt prædicti officiales multos villicis in curti S. Anne Pede — Peryberge et Meyi pro avena, border, et tritico ad seminandum 174 florenos, de quibus parvam restituerunt, cum et S. Prior esset satis misericors et facilis ad flendum et compatendam rusticis.

S. Stephanus Parnus
Martyr.

Circa hunc annum obiit S. Stephanus Parnus Mon. profectus domus Allionis hospes in domo Prati-mollis occisus ab hæreticis.

Obierunt monachi circiter 60, conversi 12, Moniales 5, Donati 10.

Commendantur aliquot Abbates qui nostro Ordini fuerunt addicti et benefici.

^{9^{mus}} in Christo Pater ac DD. Nicolaus Boncherat abbas Cisterciensis et Generalis ejusdem Ordinis Doctor Theologus amicus præcipuus domus Divionis.

Reverendus in Christo Pater S. Joannes de Conci abbas Boni fontis Ordinis Cisterciensis liberalis benefactor domorum Gallionis et Vallis S. Petri.

Reverendus in Christo Pater S. Joannes de Larnock.

^{Idem} R^o D. Joannes abbas monasterii S. Huberti in Ardenna Ordinis S. Benedicti de Lamock abbasamicus et fautor omnium personarum Ordinis. Hic fuit S. Huberti: vir probate pietatis et regularis disciplinae observator nec non avia matris maternae avunculus.

Charta, quam habeo, praeter nomina defunctorum nihil habet, has tamen ordinationes aliunde accepi.

Ordinatio 4.

Moneamus omnes beneficia participationis petidores ut correctius et decentius scribant, sintque in illis petitionibus iuxta Statutum pariores, sequantur autem formam a matre Cartusia praescribendam et Visitatoribus provinciarum infra annum mittendam.

N^o 1^o S, cap. 21, 2^a part. novae Collectionis Statutorum sic moderandum judicamus, quod personae Ordinis, quae mittuntur ad alias domos, pro illarum sublevamine, debent domus ad quas mittuntur eis providere de necessariis. Quod si brevi tempore inidonei judicantur aut aliqua sua culpa, vel quacumque justa et rationabili occasione absolvidur a quibusdam obedientis, eo casu si mittantur alio, providebit eis domus professionis de vestimentis necessariis. Si vero pro juramine non mittantur sed quia importuni et infesti sunt domibus suarum professionum vel quando importune petunt pro sua vel aliorum consolatione aut spe recuperanda salutis. Tunc debebunt provideri a domibus suarum professionum de sufficientis vestimentis duplicibus absque tamen ulla sum librorum sum

aliam rerum superflua curiositate.

Cum certo constet ex bona vel mala receptione et institutione Novitiorum profectum vel defectum Ordinis nostri cum in numero tum in merito personarum precipue pendere, et singulare ac unicum remedium ad bonam Novitiorum receptionem et institutionem sit in qualibet provincia unam vel duas domos assignari, in quibus Novitii recipiantur et instituantur sicut pluribus probatis et zelo Ordinis nostri ferventibus personis factenus visum est: quia tamen res haec tum in opere tum in executione modo multiplicem potest habere difficultatem nolentes in re ardua quidquam precipitanter definire, rogamus et obtestamur omnes et singulos Visitatores provinciarum, ut communicato cum aliis Prioribus et personis Ordinis nostri, quas super haec consulendas judicaverint consilio, mittant in scriptis R. Patri ante sequens Capitulum quid sentiant de ejus rei opere et modo conventiori ipsam exequendi, ut auditis omnium sententiis et selectis melioribus, quidquid melius et utilius Ordini judicatum fuerit per Capitulum sequens ordinetur et statuatur.

Gravia et Venona Parmensis hacestate plurima per Geldriam oppida munitionesque recepit Graviam Hegam, Bateburgum Venonam.

Interca Nuntius apostolicus Vercellensis antistes in castra Parmensis Dux venit, gladium et galerum veteri Summarum Pontificum galero et ense more a Sixto V consecratum, et ab eo donatum Parmensio donatum a Sixto V adfert, et simul Colonienis diocesis calamitatem proponit Pontifice

quantumque Germania interit ut Novesium pulsio rebellibus recuperetur.

Aelio potium. Federati Hollandi ut Parmensem a ditione Coloniensi sur Hollandi. retraherent aliquot millia Anglorum in Wasiam Flandriae non ignobile territorium miserunt populatum, quod ingressi incendio cuncta vastarunt, et Aelio oppidulo 15 Julii industria vigiliarum presidis potiti sunt. Morit. tunc omne robur quod defensioni vicinæ Prabantæ relictum erat Matthias et Aelium cingit: at effractis aggeribus castra aquarum mole obruta, vix ullam recuperandæ ejus spem reliquerunt, deinde Drexburgum in Fisia capiunt et Zutphaniam obident, ad quam liberandam tandem rediit Farnesius.

Capucinarum in Belgium adventus. Idem Parmensis Belgicæ prore Patres Capucinae primus in Belgiam adventus. quæ convocata egregio sane zelo dum pluribus in locis perduellium conatibus fidem catholicam periclitari sanis oculis conspicit.

Octavius Farnesius Mense Septembri occidit magnus ille Parmæ Placentiæ sol cum matre Mar. Octavius Farnesius Alexandri istius pater, qui mox legitima garetæ Austriacæ hereditate Ducatum accepit, omniumque votis Parmæ et Placentiæ Dux inauguratus, et castro Placentino, quod hactenus Philippus Hispaniarum rex suæ gentis presidio firmaverat meritorum intuitu potitus fuit.

Paulo ante mense scilicet Februario ad meliorem etiam vitam transierat Margareta Austriacæ Octavii predicti conjux Alexandri mater Belgicæ gubernationis titulo decorata.